D. XIV C 7 (7) 4821 D.r

SERMONES DO

CTORIS IOANNIS FABRI, HABITI Pragæ apud Bohemos, de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

APVD FRIBVRGVM BRISGAVDIAE.
ANNO M. D. XXIX.

CROZER THEOLOGICAL SEMINARY
CROZER THEOLOGICAL SEMINARY

QVando mihi hi Christianissimi Sermones à nostræ religionis uindice perquã strenuo offerebantur, Candide Lector, cepi eos tum ut iniunctum erat, legere, et mea qualicunq; etiam opera, loca pauca admodũ at scitu pulchra seorsim in marginibus signare, quo apertius liqueret sacrosanctæ scripturæ nõ hominis suffragio in ijsdem contenta probari. Inuenies præterea Lector hic scripturam syncere, nõ quorundam more, tractari, huc atq; illuc instar (quod aiunt) cerei nasi flecti, & in summa nihil offendes dictum quod nõ dictum sit prius à Prophetis, Christo, Apostolis sanctisq; patribus, Hieronymo nempe, Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, Cyrillo & ut uno fusce deniq; omnes complectar, quotquot iam ante multos annos scripserunt, horum inquam testimonio non suæ rationis (quæ fulli possit) inniti autorem aperte doceris. Rursus uero hic discres, modo sanè legas, peruersum hæreticorum animum, pernicioseq; sectæ originem, et quàm falsis, impijs, sophisticisq; machinationibus isti (ut leuissime dicam) seductores sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, nobis quasi per manus à Christo traditum, expugnare conentur. Proinde fidei efficaciam semper quid boni operantem, statim ab initio reperies. De ea uero fide in præsentia loquor, qua iter ad astra patet, de qua alibi Iacobus, Fides, inquit, sine operibus mortua est. Quare operæ pretiũ erit ueram fidem semper operibus manifestare. Atqui modo conferentes fidem cũ operibus nostrorum (Si dijs placet) theologorum, quid quæso præter dissentiones (quas Paulus nullibi non prohibet ut sit corpus integrum) detractationes, inimicitias, inobedientiam, uiolatas leges, sacrarũ uirginum corruptores, templorum prædones, imaginum euersores, & deniq; nullum non mali genus inueniemus? Et hactenus de uenerabili sacramento. Ad nonum usq; sermonem progredior, cuius ab initio ualidissimo classico Iob ad bellandum contra uitia, ad hoc quoq; militis Georgij exemplo multo citius excitaris. Deinde non tam iocunda quàm scitu necessaria de Turcarum crudelitate, cui nemo non resistet, si hæc probe legerit, deq; eius gẽtis, imò bestiæ, origine plura etiã ex uetustissimis autoribus collecta discere potes. Reliqui uero sermones superioribus haud dissimiliora tractant, nisi quod in sequentibus plura de admirabili nomine τετραγραμμάτῳ ex Hebræis audies. Verum ne te offendat mea prolixitas, candide lector, rogo ut quàm diligentissime legas quæ in hisce cõtinentur sermonibus, & multo deinde æquius iudicabis. Vale. Datum Friburgi XIIII. Calen. Iunij Anno. XXIX.

SERMO PRIMVS

IN DIE COENAE DOMINICAE mane habitus.

Redere oportet accedentem ad deum, ad Hebr. 11. Tanta, tamq; magna apud Christianos res est fides, ut sine fide deo placere impossibile existat, id quod diuina scriptura nullibi nõ testificatur, nullibi non inculcat. Quid em̃ in uniuersa scriptura magis q̃ fides laudatur? Quid contra uituperat̃ à scriptura uehementius, & exprobrat̃ asperius q̃ incredulitas? In fide sua, ut praeclare apud prophetã scriptũ est, uiuet iustus. Quapropter ab initio etiam mundi usq; ad Christum, ingens sanctorũ hoim multitudo ob fidem in scripturis sanctis cõmendat̃, quemadmodũ de Abel, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Mose, Gedione, Iepte, Dauide, Samuele, & alijs legimus, q; bus omnibus fides eorũ, qua ad deũ accesserãt, laudi & saluti fuit. Deinde aũt & in nouo testamento longe plurimis utriusq; sexus fides ad iustitiã reputata est. Quot em̃ Christus & quãobrem nisi ob fidẽ laudatos, & pro beatis pronũtiatos dimisit? Quæ quũ ita sese habeant, recte quidẽ & uerissime beatus Paulus cõcludit, sine fide impossibile esse, ut quis deo placeat. Et quod ad Romanos scribit, id oñe peccatũ esse, quod ex fide non existat. Quid em̃ deum immortalem acerbius reprehendit, & magis abominatus est Christus quàm incredulitatem? Euellere nanq; ex cordibus nocentissimum incredulitatis uitiũ Christus ante & post resurrectionẽ unice studuit. Eam igitur ob rem Petrum è naui sibi obuiã egressum dubitantemq; increpat, exigua fiducia prędite, cur hęsitasti? Quibus uero uerbis apud Mattheũ nationẽ incredulã & distortã obiurgat? Quã uehementer eos, q; ab Hierosolymis in castellum Emaus

Heb. 11.

Abacuc 2.
Heb. 11.

ibidem.

Rom. 14.

Mat. 14.

Mat. 17.

Luc. ulti.

lum Emaus ibant, de tarditate cordis ad credendum arguit? Quin & omnes undecim discipulos increpauit, & eorum incredulitatem, cordisq; duriciem exprobrauit, quod ijs, qui ipsum uidissent resurrexisse, non credidissent. Tanti enim Christus fidem fecit, ut Ioannis 3. affirmet, eum qui credit nō condemnari: eum uero qui non credit iam condemnatum esse. Ioan. 3.

Est itaq; fide uera nihil nobis salubrius, nihilq; magis necessarium cum in omnibus catholicæ nostræ fidei articulis retinendis, tum præcipue in sacrosancto Eucharistiæ sacramento tractando, in quo suum corpus, suumq; sanguinē pretiosissimum Christus nobis donat. Hic non infirmis nostræ rationis argumentis, non fallaci & stultæ prudentię nostræ opinionibus cedendum, sed firmissimis Christi uerbis, ijsdemq; certissimis inhærendum, & cor non carnalibus submergendum dubijs, sed animosa fide quasi cōmuniendū erit. Quod nisi fiat, periculum est fratres, ne cum Berengario pernicioſe & impie dubitemus, quēadmodum & nostro seculo multi (proh dolor) Capharnaitæ, Iebusei, Wicleffenses, Oecolampadiani, Zuingliani, & alij, quorum hic recensere piget nomina, plurimi, qui magno cum detrimento suarum animarū & offendiculo aliorum dubitāt cum in alijs multis articulis, tum præcipue circa hoc diuinum & pretiosissimum Eucharistiæ sacramentum manifestæ pertinaciter ueritati reluctantur, nihil credentes nisi quod carnalibus oculis coràm cernūt, & istis carnalibus manibus contrectant, tunc demum credituri Christi corpus adesse, si ut Thomas ille Dydimus, in manibus eius uestigia uiderint clauorum, cęteraq; omnia membra pertractarint. Miseri sane homines, & magno cum periculo animarum suarum errātes. Quod aperto Christi uerbo (quo nihil certius habemus) fidem non adhibent. Christus expressis uerbis dixit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Nostri hæretici, dum impune sibi sua hactenus abijsse uident mendacia, perfricta fronte etiam in hæc ultimę cœnę uerba faciunt impetum, & pro sua libidine impudenter hisce ludunt

Catalogus hæreticorū

Mat. 26. Luce 22. Marci 14.

ludunt, non maiore reuerentia ea quàm milites Christi uesti
menta partientes. Ita enim illa exponunt ludibrio, ut tunicã
quæ à gentibus indiuisa permansit, residuã non faciant, quin
omnia lacerant, missaq; sorte distribuunt turpissime, parum
memores, hoc non hominis, qui falli possit, sed dei omnipo-
tentis, qui nõ irridetur, uerbum esse, taleq; uerbum, quod in Ioan. 1.
principio erat, & erat apud deum, & quod deus erat, & ipsa-
met ueritas. Cœlum & terra transibunt, uerbum aũt hoc nõ
transibit. Quæ cum ita sese habeant, pro confirmãdis animis
fratres dilectissimi, nõ tam utilem quam necessariam rem me
facturum censeo, si apertis euidentissimisq; aliquot scripturę
locis diuini uerbi uim & uirtutem uobis ob oculos posuero.
Considerantiitaq; & diligenter intuenti mihi, quanta uerbo
dei creata & facta sint, in primis se offert fide dignissimum re
gij prophetæ Dauidis testimonium sic dicentis, Ipse dixit & Psal. 148.
facta sunt, ipse præcepit & creata sunt. & iterum. Verbo domi
ni cœli facti sunt, & in spiritu oris eius, omnis exercitus eorũ.
Sic in principio mũdi dixit dominus, Fiat lux, et facta est lux. Gen. 1.
Dixit, Fiat firmamentum, & factum est. Dixit, Congregen-
tur aquæ, & congregatę sunt. Fiant duo luminaria magna in
firmamento cœli, & facta sunt. Huius diuini uerbi uirtute &
potentia in hodiernũ usq; diem, terra fundata permanet, nec Psal. 148
mouebitur in secula seculorum. Quare propheta ille Dauid
psal. 148. confitetur ignem, grandinem, niuem, spiritum pro-
cellarum facere uerbum eius. Sic piscis ille magnus Ionam in Ionæ. 2
aridam è mari euomere cogitur. Sic sol, suum sibi diuino uer
bo officium impositum exequẽs, diem refert, nobiscum sine Iosuæ 10
ullo recentiore mandato permanet. Quẽadmodum tempo-
re Iosue & Ezechiæ. Etsi uero res magna & admirabilis est,
cœlum æterno & irrequieto ambitu, & inenarrabili celeritate
quatuor & uiginti horarum spacio circumagi, Solemq; in an
no per refluxum, & in mense lunam suũ cursum per duode-
cim signa perficere, tamen (utcunq; magna & admiranda ui
deantur) illa omnia fiunt, & ideo fiunt, quia domino deo sic

placuit, quia diuino uerbo id muneris eis impositum est, qđ uerbum tam potens est, ut infinitam ægrotorum multitudinẽ sanauerit, ueluti & Psalmus 106. euidentissime probat his uerbis: Mittet uerbum suum & sanabit eos. Sic uerbo suo spiritus immundos eiecit, uerbo unico sæpe multos firmissimæ ualetudini restituit. quæ quũ ita sese habeant, uidetis iam fratres in Christo dilectissimi, quæ uerbi diuini uis, quæ uirtus, q̃ admirabilis potestas sit. Necp̃ enim fieri potest, ut ex tot sacrę scripturæ testimonijs, rerumcp̃ ipsarum naturis, nõ intelligatis adeo certum, firmum, & perpetuo incorruptum dei uerbũ esse, ut ubi illius uerbi testimoniũ habemus, ibi nõ modo nõ dubitandũ, sed posthabitis oĩbus nostræ rõnis argumentis, credendum esse, uerbocp̃ diuino per fidem adhęrendum.

Psal. 106.

Iam uero cũ de honorabili altaris sacramento apertũ Christi uerbum habeamus, quo hodierno die, in ultima uidelicet sua cœna discipulis testificatus est, hoc corpus & sanguinem suum esse, quid quæso reliquum est? nisi ut quilibet uere Christianus, clausis suæ rationis oculis, & quodcunc̃p̃ carnalis fantasia, uel hæreticorum peruersa doctrina obiecerit, id oĩme gladio spiritus, uerbo dei, depellat. Equidem hoc gladio spiritus uerbo scilicet diuino, quouis gladiatore ictum certius reget. Nam dei uerbum longe firmior est gladius, quàm Golię Philistęi istius. Verbo enim domini dicentis, ego sum, in monte oliueti, qui eum capturi erant, perculsi abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Sed quid multis? Vniuersa scriptura his miraculis est referta, in qbus dei, uerbic̃p̃ sui uirtus & amplissima potentia ob oculos ponitur. Quid enim hic recenseã fortissimum Petri uerbum ad Ananiam & Saphyram, Lazarus denic̃p̃, qui fuerat mortuus, trium uerborum domini uirtute, Lazare ueni foras, prodijt. Huius diuini uerbi uim toties nobis inculcantes prophetæ, toties se non ex seipsis loqui testantur. Sed domini esse uerba ingeminant. Ita ẽm aiunt, hoc dixit dominus, hoc os domini locutum est, uerbum domini factum est ad Hieremiam, Ecce dedi uerba mea in ore tuo,

Gladius Spiritualis.

Actuũ. 5. Ioan. 11.

Hoc uer

Hoc uerbum domini rectum est Psalmo 32. & lucerna pedũ
est Psal.118. & principium est & ueritas, firmata supra petram Psal.32.
adeo firmiter, ut portæ infernales non prævalere possint ad- Psal.118.
uersus illud. Pythagoræ discipuli in suis disputationibus hoc
pro more habuerunt ut dicerent, ipse (puta) ita Pythagoras
dixit, in sui uidelicet præceptoris uerbis figentes pedem, nõ
amplius quærebant. Quanto itaq; magis nobis est faciendũ,
in rebus & articulis nostræ fidei, ut dicamus, Sic deo omnipo
tenti placuit, hoc dixit, hoc uoluit, & omnia quęcunq; uoluit
fecit. Quid enim infirmis nostræ rationis uiribus sumus effe Ioan.1.
cturi? Verbum dei lux est. Si nostrę rationis tenebras sequuti Luce.1.
fuerimus, impingemus, si de uerbo diuino dubitantes ut Za
charias, nobis persuaserimus, hoc uel illud fore impossibile,
obmutescemus illico, faciemusq; ut næ intelligẽdo, nihil in-
telligamus. Meritoq; cum Nicodemo utcunq; maximi Rabi
in Israel uideri uelimus, inertiæ & insciti æ accusemur. Quam
primum enim cæcæ rationis opiniones in diuinis scrutandis
sequuti, ratiocinari cęperimus, ut possibile uideatur dominũ
qui cœlum terramq; impleat, uirginis utero claudi, & à uirgi
ne nasci, mox in profundum maris delapsi, emergere sine ma
gno periculo non poterimus. Quapropter in his alijsq; con-
similibus dei operibus fidelis animus non aget consultius, q̃
tentationi reluctando, humiliter & omni cum reuerentia cũ
beato Paulo exclamet, O profunditatem diuitiarum & sapi
entiæ & cognitionis dei &c̃. Quin etiam semet agnoscat ho Roma.11.
mo Christianus, cogitetq;, Quid ego uermis magnitudinem
mysteriorum, quid abscondita dei iudicia inuestigo? Dum
eñ lucem & splendorẽ diuinæ maiestatis scrutari conor, nõ
magis apte accedo, q̃ noctua ad intuẽdos clari solis radios.
Desino itaq; occulta dei iudicia rimari, altiora me nõ quæro,
nõ exaltat̃ cor meũ, nõ gradior in magnis, nõ ambulo in mi-
rabilibus super me, qn potius grato animo ea accepto, q̃ ipse
offert, quęq; ipse me scire uoluit, Placuit deo altissimo ut ipse
assũpta carne nasceret̃ Emanuel hõ nobiscũ esset et cõuer sa-
retẽ, cruceq; in humeros suscepta pro nobis passus moreretur.

Proinde Christiani non Augustum, Iulium, & his similes imperatores prædicamus, sed Christum, & hunc crucifixum. 1. Corinth. 1. Vt igitur in admirandis dei operibus alijs, ita & circa hoc inenarrabile corporis & sanguinis Christi sacramẽtum merito cõfitebimur nostram imbecillitatem, et immensam dei maiestatem. Dicemusq;, Sic domino deo placuit, sic ipse uoluit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Et quum uolũtatem per uerbum suum nobis reuelauit, placeat itaq; nobis quod ei placuit. Ipse enim similia mirabilia multa fecit. Porrò increduli, qui non qd possit aut dixerit dominus, sed quid ipsi intelligant expendunt, ij circa altaris hoc uenerabile sacramentum multum uariecq; torquentur, dum scrutari nequicquã conantur miseri homines, quomodo Christus simul & una in cœlo à dextris patris sedere, & in sacramento altaris esse possit. Illis ego post apostoli uerba ad Romanos, paucis respondebo, primumq; aio, æterna & inuisibilia etiam per creaturas mũdi agnosci posse. Iubeoq; istos omnes apud se expẽdere, qui sit possibile, ut una anima integra sit in toto corpore & omnibus corporis partibus. Ita ut quamprimum membrorum aliquod uapulat, compatiãtur etiam cætera omnia, & tamen una duntaxat insit illis anima. Quemadmodum & Apostolus scribit, Siue patiatur unum membrum, simul patiuntur omnia membra, siue glorificatur unum membrũ, simul gaudent omnia membra. Eadem porrò anima cernit, cogitat, mouet, & illa omnia simul & una. Iam quomodo hoc possibile sit, & quomodo fiat, nemo mea quidem sententia explicabit, nisi quemadmodum omnes prudẽtes, & nos de his rebus disserimus, oportebit nos confiteri, quod parum admodum istis de rebus certo scimus, præter hoc quod experimento discimus, hęc ita se habere. Quare aũt & quomodo, pauci (ni fallor) in hanc usq; horam cognouerunt, nedum rationem indicarunt. Bini hominibus singulis sunt oculi. Iam ego simul & una mille, imò multa millia laterum, stellarũ, capitũ, &c̃, meis oculis concipio, id quod altero sæpe oculo possit pro

Rom. 1.

1. Corint. 12.

teſt probari, integrum ſpeculum unã tibi figuram exhibet, qd perfractũ & ruptum in centũ partes, centum repræſentabit figuras. Sol unus in aquis à mille cernitur hominibus, turris una in multorũ millium hoĩm eſt oculis, et licet ſit, ꝓmaneatq; ſemper unus ſol, unaue turris, tamen in eodẽ momento & illa, & ꝑ multa millia milliariũ cœlum quis intuetur. Vt aũt apte uideatis infirmiorem noſtram rõnem eſſe, q̃ quæ diuinorũ operũ cauſas inueſtigare poſſit, intuemini agricolas, contemplamini frumenti grana, & expendite (ſi poteſtis) quõ fiat ut ex tantillo grano tantę radices, tam procerus calamus, tam denſa ſpica, & tot alta grana ſuccreſcant. Admirabile panum & piſciũ augmentũ à Chriſto in euangelio factũ legimus, & fuit ſanè magnum in oĩm oculis miraculũ, ex tanta paucitate panũ & piſciũ tot hoẽs ſaturari. Atqui ut granum frumenti in terrã deiectũ, & ut Chriſtus pulchre docet, etiã mortuum, tm̃ fructũ adferat, ut ex uno grano ſæpe centum fiant, ueluti in India & alibi, id nõ inferius dei opus illis alijs uideri debet. Ad eundẽ modũ uocem tã meã quæ una eſt, ó deo deuote auditor, audis, q; aũt eandẽ multæ aures audiãt, quas illa implet, tibiq; & multis hoĩbus hæc eadẽ uox Chriſtum prædicatũ in cor trãſmittat per gratiã, et quod Chriſtus, ueluti Apoſtolus teſtat̃, ſit in fideliũ, quorũ tot millia ſunt, cordibus, ſatis mirabile eſt, et contra ſacramentorũ euerſores magna & firma euãgelij probatio. Panẽ porrò, quo paſceris quotidie, ſuſcipe in manus, & oĩbus tuæ rationis utribus ſupputa, quõ ex pane caro, ſanguis, oſſa, nerui, & id genus alia mirabilia fiant, quæ eſſentiã aut formã panis nõ habent. Cogita apud animũ tuũ quę ſit ratio, cur ex minutiſſimo grano pyræ, mali, aut glande aliqua nõ tam numeroſus fructus, q̃ inſignis magnitudinis arbores ſuccreſcãt. Huc ꝑtinet granum ſinapis, de quo in euãgelio Chriſtus, ex quo tanta arbor ſuccreſcit, ut uentant uolucres cœli & nidulent̃ in ramis eius. Hęc ſi apud aĩm tuũ propius fueris contẽplatus, nonne demiraberis? nõne nihil, uel admodũ parũ inuenies, quod ſis pro rõne allaturus? Tuæ eĩm rationis obſcurũ lumen ſequutus, cogeris uelis nolis

A ſimili

tandem id quoq; cõfiteri, Quo magis de operẽ illorũ cauſis cogites, eo minus inuenias, & tandem cum Eccleſiaſtæ clamabis te hoc inueniſſe unũ, ut eccẽ quę facta ſunt rõnem inuenire nõ poſſis. Sola em̃ hæc, & ueriſſima eſt ratio, q̃ deo Opt. Max. (ut habemus Gen. 1.) ſic placuit, ſic ille ordinauit, nosq; longo uſu cõfirmati, uidemus hęc ita euenire. Niſi em̃ longa expiẽtia aſſuefacti eſſem⁹, nõ minore illa nos admiratiõe ſui caperẽt, q̃ primũ illud miraculũ cępit, quod in Chana Galileæ dñs ędidit initium ſignorẽ. Mirabile ſanè eſt ex uno grano ſuccreſcentiũ arborẽ tot ſæpe millia fieri, uirga Aharonis floruit, & admirabiliter fructũ tulit, id ſcilicet q̃d hyeme tranſacta, oĩbus arboribus natura cõtingit. Quũ itaq; hęc natura tribuat, cur nõ magiſter & gubernator naturæ, plus ſibi poteſtatis reſeruare poſſet? Cur denicq; de ea quã ſuis uerbis declaraſſet uoluntate nos dubitaremus? quũ eũ id poſſe nemo negare audeat, uelle aũt ſuũ uerbum circa hoc altaris ſacramentũ clariſſime indicet. Quapropter credere oportet, in fide uel ſacramento accedentem adideum.

Ioan. 2.

SERMO SECVNDVS IN DIE COENAE DOMINICAE POST prandium habitus.

Hebr. 11.

Redere oportet accedentem ad deum ad Hebre. 11. Res eſt deploranda, & nõ parẽ admirabilis fratres chariſſimi, quod paſſim de ſatanæ aſtutijs in ſcripturis ſanctis legimus. Quoties em̃ deũ & dei hoẽs cępiſſe inſigne aliquid legimus, id ſi quo modo potuit, ſatanam intercepiſſe aut interturbaſſe ſcripturæ teſtimonio docemur. Sic cũ Michaẽle angelo pro dei gloria pugnanti pręliatus

Apoc. 12. eſt, quemadmodũ Ioannes in Pathmo inſula eleganter deſcri-

Luce. 10. pſit. Quare & Chriſtus Lucæ 10. affirmat, ſe uidiſſe ſatanã ſicut fulgur de cœlo cadentẽ. Porrò in paradiſo pax erat & tranqllitas.

tas. Erat em ut elegãtissime Moses scribit gan edæn hoc est, hortus oĩs amœnitatis uoluptatisq; refertissimus. In hoc itaq; paradiso duo erãt secundũ unã imaginem & similitudinem creati. eratq; altera ex alterius osse, caro ex alterius carne, adeoq; ut duo essent in carne una. Sed hoc nihil impedimẽto fuit satanæ, quo minus suis fallacijs discordiam, inimicitiamq; seminaret inter deum & homines, maritum & uxorem, matrem terram, & Adam qui ex ea sumptus erat. Et fuit sanè tam capitalis ista offensio, ut deum iratum non Adam, non ullus angelorum, serè per quinquies mille annos, sed unius dei filius solum placare potuerit. Cuius quidem diabolicæ fraudis fomenta adhuc miseris nobis mortalibus multa infixa sunt. Sentimus enim indesinenter spiritui carnem nostram reluctari. Eius mali caput & origo satanas ille uersipellis ab initio fuit. Tempore quo Iob homo simplex, rectus ac timens deum degebat in terra Hus, filijq; dei coram domino stabant, uenit & satanas, & confitebatur se circũtuisse terram, & se eam perambulasse, iamque secunda uice se huic sanctæ congregationi immiscuerat. Et licet suam Iob nõdum amisisset innocentiam, tamen innocentem & rectum Iob percussit ulcere pessimo à planta pedis usq; ad uerticem eius. Ad hæc, non contentus fuit se bonum illum & simplicem Iob omnibus suis ouibus, camelis, omnibus item opibus spoliasse & orbasse liberis, quin & uxorem eius (nouum malum) aduersus eum instigauit, quo omnia calamitate, contentione referta essent. Apud Zachariam .3. legimus Iesum magnum sacerdotem coram angelo dei stetisse, satanamq; à dextris eius astitisse ut aduersaretur ei. Quinetiam in nouo testamento suæ artis minime oblitus ueterator ille & antiquus Draco, omnẽ (qđ dici solet) lapidem mouit, non enim solum sanctos piorum conatus remorari, sed & Christo domino esse ipedimento uoluit. Vnde in deserto, super pinnaculo templi, & in monte excelso, alijs atq; alijs tentandi generibus dominum adorari non dubitauit. Et si quo modo potuisset, fructiferam & expectatam eius passionem libenter impediuisset, Matth. 16. Quare Pilati uxo-

Iob 1.

Zachar. 3

Matth. 4.

Matth. 16.

rem per totã noctẽ affligebat, in cœna domini ne parꝝ strenue iterturbasse oĩa uideret, Iudę Iscariotis cor totũ obsedit Et quẽ admodũ fideliter discipulis Christus indicat, Satanas eos expetiuerat ut cribraret sicut triticũ. Quãobrem prædicato & susceLuce. 22. pto iã euãgelio satanas mille artifex suã quoqꝫ immiscuit zizaniã, propriamqꝫ, de qua Timoth. 1. synagogam instituit. Paulũ
1. Tessa. 2. impediuit 1. Thess. 2. id qđ ad Corinthios scribẽs ipse cõquerit
2. Corin. 12 datũ scilicet sibi stimulũ carnis, & nunciũ satanæ. Circumit eñ indesinenter satanas sicut leo rugiẽs, quærens qđ subuertat, laActuũ. 5. niet, diripiat, & deuoret. Satanæ eñ instinctu Ananias spiritui sancto mentit, mirabiliter grauissimæ quæqꝫ hæreses introducunt, & qcquid est pietatis extinguit, ueluti Christus Marc. 4. Marci. 4. testatur, multis iã auditũ uerbum satanã eripere, sermonẽqꝫ in eorꝝ cordibus seminatũ auferre. Sic antiquus ille Draco satanas circa honorabile altaris sacramentũ oĩbus fallẽdi artib⁹ est usus, Ioannis. 6. q̃primũ eñ Christum, Ioan. 6. cœlestis illius panis mentionem facere satanas audiuit, mox se ex angelo tenebrarꝝ in angelũ lucis transfigurauit, & ut murmurarent & contradicerent Iudęis suggessit. Proinde quũ audirent Christum dicentẽ: panis quẽ ego dabo, caro mea est, quã ego dabo pro mundi uita, cęperũt illico, satana inspirante, cõtendere dicentes, Quõ potest hic nobis carnẽ suam dare ad edendũ? Quinetiã pergente de hoc pane cœlesti dicere Christo, multi ex discipulis eius durꝝ esse hũc sermonẽ affirmabant. Insup multi ex discipulis eius desciuerũt ab eo, nec amplius cũ illo ambulabãt. Hisce dolis & machinatiõibus multis seculis satanas usus, antiquũ illũ obtinet, nempe fallendi morẽ. Et mea qdem sententia, inuerecundius multo q̃ antea. Hodie eñ dũ nihil quod nõ successerit, hæresiũ se seminasse aĩaduertit, uiamqꝫ sibi, multis præcurrentibus erroribus, stratam uidet, parꝝ curans cõcordem ecclesiæ per tot secula de hoc inæstimabili sacramento sententiã, uerbaqꝫ Christi clarissima floccifaciẽs, rerꝝ gestarꝝ prosperitate elatus, impetũ non iam in ecclesiã, sed in Christi mensam facit, hanc post tot horribiles hęreses passim per suos ministros disseminatas, funditus extir-

pare

pare conat̃, Christoq; nouã dicendi formã præscribere, & eum mendacij arguere apte incipit. Vbi em̃ se nobis Christus donauit, & hactenus semp domini mẽsam, & panẽ qui de cœlo descendit, habuimus, satanas iã opera quorundã Alexandrorꝝ hi meneorꝝ, philetorum sacerdotũ uidelicet, & monachorꝝ apostatarꝝ ministerio suã substituere mensam molit̃. Illos em̃ quos iam pridẽ contemptu rectę & peculiariter susceptæ religionis, uiolato iureiurãdo, suos fecit, mille nugandi generibus adornatos mittit & impellit, ut & nos ad suã mensam inuitent, noscq; sibi lucrifaciant, pro pane lapidẽ, & pro Christo Belial ostẽdendo. Quod, ni fallor, strenue faciunt passim. Confluunt em̃ sine discrimine in quoscunq; angulos ut olim Chorinthij, dictitantes se dominicã cœnam sumere, Interim uero ipsius Belial, Baal, Baalim, Molach, Beelzebub & aliorũ dæmoniorũ mensas erigunt. Eodem tunc se conferunt Anabaptistæ à Sodoma & Gomorra, belli isti discipuli Nicolai Antiocheni. Hic Christiane (si dijs placet) mensa, non dico domini, sed dæmoniorũ adornata, cõmessatur, potatur Epicureorũ more. Saltatur denicq; circum uitulum cõflatilem, & luditur impie. Et hæc facientes tamen subinde sibi blandiuntur se Euãgelicos esse, & uere cœnã dnicam sumere prædicãt. O rem immundã & nationẽ subdolam, miserecq; subuersam.

Sed quæret hic aliqs, quænã istorꝝ hoĩm sint fundamẽta qbus innixi à Christi claris uerbis deficiãt, suisq; cogitationibus se cõmittentes, in tenebris Aegypti tantopere impingãt, & ut cæci nusquã nõ offendãt? Est quidẽ admiratiõe & stupore res ista nõ indigna fratres charissimi. Atq; multiplices uariasq; illorꝝ sectas intuentes, deprehendetis facillime qd quemq; moueat, & q̃ leui uẽto impellant̃. Siqdem spiritu uertiginis impulsi, nouas quotidie hereses cõminiscunt̃, iãq; non dissimulanter tunicã Christi incõsutilem scindũt, & Christi ỹba pro sua libidine interpretant̃, Dñi ossa, quę à militibus intacta remãserũt, ipsi sine discrimine tãgũt, frangũt et dispgũt. Ex his em̃ qdam asserunt Christũ non amplius q̃ uno loco, nimirꝝ in cœlo esse

posse, atq; id in strictissimo & abdito quodam angulo. Deinde sunt q adesse uerũ Christi corpus & uerũ eius sanguinem consi tentẽ, sed manere nihilominus panis & uini substantiã testantẽ, nec eã Christo aduenienti uirtute ῥ̃boꝝ, diuinaq; uolũtate ita uolente, cedere. Post hos alĩ sunt, q nõ eunt inficias Christũ di xisse, hoc est corpus meũ, atq; aiũt eũ retro suũ corpus indica se discipulis. Multaq; nugantẽ de dictione τοῦτο, quoꝝ antesig nanus & dux est Carlostadius, q iã uerbis illi hęresi renũciauit, fortassis ut ei tuto liceret postliminio in saxoniã redire, possetq; sua negotiatiõe nullo iã prohibente, uti, ne forte q ei Luther⁹ erat interminatus, capite pœnas lueret, utcunq; interim q̃ pluri mi suoꝝ discipuloꝝ erroribus immersi detineantẽ. His accedit miræ agilitatis Tigurinus tybicẽ, & cogit sophistica quadã ue locitate ῥ̃bũ, est, repsentare significat, pulchre sibi applaudẽs in terim, q̃si tã egregie mentiri nõ satis magnũ sit piaculũ, nisi etiã tactaret se è spiritu sctõ loq, & sua opa effectũ, ut in nescio q̃ mul tis locis fides sit recepta, q̃ ibidẽ alias nõ fuisset p̃dicata. Est præ terea nescio qs domesticus splẽdor, qbusuis etiã tenebris obscu rior, reliqæ Ioãnis Hus, qbus obtenebret domus dñi, is splẽdor figuratiuo q̃dã cantu stipatus mirũ in modũ sua q̃dẽ opinione coruscãs, docet ῥ̃bũ est significare figurat. Et ex istoꝝ q̃dẽ nũe ro sunt, q ῥ̃boꝝ inuertũt oino ordinem. Alĩ ptem mirabiliter torquẽt, ut prior posterior, posterior prior efficiat, dummodo quatuor illoꝝ uerboꝝ nullũ maneat intactũ, nullum nõ nouo quodã tormẽtoꝝ genere afficiant, flagellent, cõsputa, cæsa, ace to felleq; mixta, cõfossa deniq; crucifigãt. Contra hocẽ honorabile altaris sacramentũ, septẽ in terra ꝑmissionis factiões sub ortę sunt, habetq; hic dñs plures aduersarios q̃ corã Caypha & Pilato. Quinimo nec in cruce adeo sua ῥ̃ba inuersa & illusa fu erũt neq; ter à Iudęis, atq; ab ĩmundis istis Iebuseoꝝ porcis dñi te stamentũ in p̃ciosissima illa margarita deridet & illudit uarie. Est tñ oĩm prędictaꝝ hæresiũ unus & idẽ finis, cupiũt em si q modo diuina ꝑmittat maiestas, dñi corpus penitus sepelire, ut non resurgat amplius, ꝓinde atq; Iudæi cõmuniẽtes sepulchrũ

Est pro figurat.

custo

custodiebāt, ita & illi suos hodie habēt milites, latrōes uidelicet & raptores publicos, q nō tam sepultum custodiant, q̄ ut apud oēs eius memoria dānet̄ dent opam. Ita isti lapidē magnū ad ostiū monumenti uoluunt, accurate monumentū ne resurgat iterꝝ obsignātes. Sed utut isti conent̄, utut cogitēt mala sup iustū, tamen dn̄s resurget, & tertia die tēplum dei reædificabit, ut maxīe nūc isti templū dn̄i contaminatis et prophanis adoriant̄ manibus, conuellāt, diripiāt. Sed placet hic uobis charissimi fratres aptius demōstrare, ut isti sctm̄ dei templū demoliant̄, utq; lapidē angularē è fundamēto eruere conent̄. Primus itaq; oīm q (proh dolor) horribili isti ꝟbor̄ Christi psecutiōi dedit initiū, ptinaciter affirmat, manere & esse etiā in sacramento altaris uerā panis & uini substantiā. Quē sui erroris plurib⁹ ꝟbis cōuincere qd est opus? Merito em̄ in his nuptijs pani pistorio diceret, amice surge, uenit te longe honoratior, Chrūs qdē, da ei locū. Nā qs est, q nō docendū esse ītelligat, ut creatori & dn̄o suo creatura cedat? quēadmodū antea semper ꝟbo suo cessit. Sic em̄ in creatione mundi, aquæ, & alior̄ oīa creata uerbo suo obtempararūt. Sin aūt sic pro sua cuiq; libidine ludere liceret, possem & ego astruere, quū Christus in Chana Galileæ ex aqua uinū fecisset, mansisse ibi aquę substantiā, & nihilominus tamē istos uinū bibisse optimū, quod nemo sanę mētis autumat. Sic et uirgam Aharonis, quæ uersa est in colubrū, mansisse tamē uirgā dicerem⁹. Dū em̄ coluber esset, in textu uirga appellat̄. Sed qd multas quęrimus ambages? Cōtra hūc em̄ magnum Goliath Philistęū dn̄s nobis gladiū, hoc est, ꝟbū suū porrigit. Dicit em̄ dn̄s, hoc est corpus meū, hic est sanguis meus. Nec dicit, hic panis est corpus meū, hoc uinū est sanguis meus. Si em̄ ita uoluisset, dixisset utiq;, & potuisset facere, oīa em̄ sicut uoluit ita fecit. Quū igit̄ hęc nō dixerit, q ego addere qdpiā possum? quū strictissime p Mosen, p Solomonē, & Ioannē in Apoc. mihi sit prohibitū, ne ad ꝟbū addā, nec detrahā ab eo. Quid igit̄ facerē ego uermis et nō homo, quō ego mentē dn̄i intelligā, q cōsiliarius eius nō sim? Ipse exp̄ssis ꝟbis dixit, Hoc est corp⁹ meū qd

Exo. 4.

Deut. 4. 12.

pro uobis

pro uobis tradet, hunc ego sermonẽ accepto, & pistoribus suũ ut uoluerint panẽ diuendendũ ꝓmitto, hic aũt dñi uerbũ, non rationis meæ intellectũ sequor, ipse dixit, oportet itaq; ut uerũ
Esaiæ. 55. sit, Ipse eñ est ueritas, & ꝟbũ eius, ut propheta ait, nõ reuertit uacuũ. Illud aũt uerbũ indicat adesse corpus domini, adesse sanguinẽ dñi, quid igit superest, quod me suspensum & dubiũ tenere possit? Corpus domini hic esse mihi sufficit, quõ aũt & qua forma hic sit aut esse possit, id ego inuestigare desino. Deus mi serꝛ me & cæcũ hoiem dirigit, ipse eñ præcessor & protector meus est, ipse me sua manu, è terra Aegypti, quẽadmodũ populum Israël, ducit, hunc ueluti columnã Israëliticam prælucentẽ ego sequor, ipse qdem est lucerna pedibus meis, & lumẽ semitis meis, in uia eius maneo, neq; ad dextrã neq; ad sinistram declinans, sed in uia plana & trita pdurãs, in ea quã oẽs patres nostri in fide ambularũt, strenue pseuero, & eius terminos ne latũ quidem unguẽ transgredior. Illi eñ oẽs & singuli etiã spiritum dei habuerũt, oẽs θεοδίδακτοι, nõ apostatæ, à religione uotisq; monasticis, fideq; catholica deficientes. Sed uota quæ uouerũt reddiderũt & psoluerũt dño, unde ipsi qdem ueraces, at isti nebulones, qui sanctũ altaris sacramentum prophanãt & conculcãt pedibus, quõ ueraces dicent? quõ non piuri recto eorꝛ epitheto appellabunt? Tria eñ quæ suæ ætatis trigesimo, aut quadragesimo anno uouerũt, uota nõ seruant. Quare eorꝛ corda, ut Iudæ Iscariothæ, adeo obsedit satanas, ut nullã Magdalenã, quæ deo reuerentiã exhibeat, ferre queant. Sed frustum panis pro sua consuetudine sumant, & euestigio ingreditur in eos satanas. Iste satanas, iste diabolus, iste aduersarius & uertiginis spiritus, hic est præceptor & magister, ex quo ipsi, & non ex sancto dei spiritu suos libros parant, scribunt, & tam horribilia & inaudita prædicant cõtra Christũ, ut eorꝛ uulgus tã atrociter contra Christũ in sacramento tumultuetur, & quẽadmodũ in cœlo à dextris dei sedeat, fabulet tam temere, ut ne recitare quidẽ optimi quiq; audeant. Sunt aũt isti oẽs ij, cõtra quos
Psal. 2. rex Dauid Psal. 2. scribit, Quare tumultuatæ sunt gentes, & populi med

puli meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes consilium inierunt simul aduersus dominũ, & aduersus Christum eius. Habitans in cœlis irridebit eos, dominus subsannabit eos, tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Istos, inquam, sic tractabit dominus, qui ob aureas monstratias, capsas, patenas, & aureos calices diripiẽdos Christi corpus & sanguinem temere profundunt. Qui, ut porci, sanctum pedibus coculcant, ut Iudęi gladijs transfigũt, ut Turcæ immanissimi proculcant. Sed uere dominus deus misericors est longanimis, & multæ miserationis, tardus ad iram, lento siquidem gradu, quod tam sacræ quàm prophanæ testificantur historiæ, ad uindictam diuina procedit ira. Expectat num forsan pœnitentiã agant, manet tamen interim idem deus & dominus, Cuius ira cum exarserit, uel minimum, tarditatem grauitate compensat, manus eius, immo digitus eius grauis. Ipse est lapis, & super quem ceciderit, cõminuet illum. Ipse est rex, qui ingressum sine nuptiali ueste ligatis manibus & pedibus iubet mitti in tenebras exteriores, ubi nihil est aliud, quàm fletus, & stridor dentiũ. Sed de his alibi, hic nos monitos esse sufficiat, ne seducamur per sathanam, qui se etiam pro suo more circa honorabile altaris sacramentũ immiscet, & errores seminat. Neq; enim obscurũ uobis est fratres, quoties deus semen bonum in corda hominum seminat, toties istum inimicũ furtim accedere, & seminare zizania incredulitatis in triticũ, Ne uidelicet homo uerbo dei credat, saluetur q; conuersus. Quæ quũ ita sint, non iam nostris somnijs, non obscuro rationis nostræ lumini inhærendum, sed aperto dei uerbo credẽdum erit. Credere enim oportet accedentem, immo peruenire cupientẽ ad deum.

CROZER THEOLOGICAL SEMINARY

ECce agnus ille dei, Ecce qui tollit peccatum mundi, Ioan. 1. Charissimi in Christo, propheta Ezechiel, plenus spiritu sancto, uidit aliq̃t rotas mirabiles, in quibus testificatur fuisse spiritũ uitæ, & per hanc quidem uisionẽ, scriptura sancta à deo insp̃rata, ut Apostolus asserit, sine dubio significatur, scriptura em̃ sancta nullibi non spiritũ uitę secum adfert. Nam nihil tam paruũ in scripturis, qd̃ nõ diuinũ aliquid secũ adportet. Quapropter sanhederim Iudæorũ sæpe non sententias & uerba, sed etiam litteras quoties in ueteri testamento collocatæ sint expenderunt, unde & Christus de iota & apice non frustra est locutus. Porrò nihil in litteris sanctis mysterio carere, tum alijs multis, & uarijs modis probari potest, tum etiã præsenti illa uoce Ecce facile ostenditur. Proinde firmam hanc & cõmunẽ uobis minimeq; ignorãdam regulã propono. Quod ubicunq; Hebraice, henneh & apud Septuaginta ἰδοὺ, Latineq; ecce legeritis, illic ferè magnum & admirabile quiddã sequitur, Sic in Genesi cum dominus terram perditurus esset, inquit, Ecce ego adducam aquas diluuij super terram. Exodi 16. dominus Mosi dicit, Ecce ego pluam uobis panes de cœlo, ueluti etiam de miraculis illis maximis coram Pharaone ferè semper ista uoce, Ecce, utit̃, sic de gloria domini, apparẽte in nube, de tonitruis, & fulgurationibus in monte Sinai. Ita etiã de Maria, Mosi, & Aharaonis sorore, quam lepra percusserat dominus, hanc uocẽ ecce legimus. Nec aliã ob rem Esaiã & Hieremiã insigniores illos prophetas credatis tam crebro in suis propheti͂s hac uoce, Ecce, esse usos. Quid em̃ sibi aliud uult illud Ecce, quo Esaias ubi de uirgine quæ concepit & peperit, expresse utitur. Porrò ut in ueteri testamento, ita & in nouo longe maximæ uirtutis est, & ἐμφάτως dictio Ecce. Vnde angelus pastoribus immẽsum illud gaudiũ annunciaturus, hac uoce eos attentos reddẽs ait, Ecce annũcio uobis

Sanhederim .i. senatus.

Gene. 7.

Exod. 16

Luce. 2.

uobis gaudiũ magnũ quod futurũ est toti populo, quia natus est uobis hodie saluator, q̃ est Christus dominus in ciuitate Dauid. Sic Euangelium de Magis, Ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolymam. Sic & alijs sacræ scripturæ locis octingentis aut pluribus dictionem, ecce, legimus nullibi nõ magnum arduum, & admirabile quiddam significantem. Quũ itaq; tantam uim & ἐνέργειαν in uoce una, ecce, inueniamus, quãtę quęso uirtutis nõ unum, ecce, sed multa non ita longo interuallo sese comitantia erunt? Quemadmodũ Ioannis primo legimus quod Ioannes Baptista noluerit esse Christus, Helias, aut prophetarum aliquis, sed uox clamantis in deserto. Interea nõ in se oculos figi uolens, sed aliũ longe se potẽtiorem & digniorẽ demonstrat. Nempe Christũ Iesum, quem quum postero die uenientẽ ad se uideret, dixit, Ecce agnus ille dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Postero aũt die cũ iterum Iesum intueretur ambulantem, iterũq; ait, Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatũ mũdi. Porrò cur agni potissimum nomine Ioannes Christum appellarit multæ sunt rationes, inter quas tamen præcipua est, quod præstantissimæ ferè ueteris testamenti prophetiæ, & figuræ de Christo & eius passione ab agno transumptæ sunt. Christum em̃ agnus ille paschalis figurauit, de quo Exodi duodecimo legimus, præceptũ esse populo Israẽlitico, ut tempore paschali immolarent agnum masculum anniculum, qui esset sine macula. Sic & in lege de duobus agnis statuit̃, quorũq; alter mane, alter ad uesperam sacrificabatur. Quas legis figuras apertioribus prophetijs, sancti prophetæ interpretati sunt. Vnde Esaias decimo sexto, Christum illum uerum agnum esse testificans, iugitur ad deum clamat: Emitte agnum domine dominator terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. Nec temere idem Esaias ibidem capite undecimo prędixit agnum cum lupo habitaturum. Quinetiam pardus (inquit Propheta) cum hedo accubabit, uitulus et leo, et ouis simul morabunt̃, uitulus & ursus pascentur, simul requiescent catuli eorũ, & leo quasi bos comedet paleas.

Matt. 2.

Ioan. 1.

Exod. 12. Num. 7.

Esaie. 16.

Quibus

Quibus accedit longe euidentissima Esaiæ prophetia cap. 53. ubi uerbis expressis Christū uerum esse agnū declarat, Iniquit enim, Sicut ouis ad occisionem ducetur, & agnus coram tondente se, obmutescet, non aperiet os suum. Quod etiā totidem
Hiere. 11 ferè uerbis apud Hieremiā capite 11. legimus, dum scribit: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimā. Illi mansueto animali dominus comparari uoluit. Et per Ioannē monstrari digito. Vt enim in agno, nihil iracūdiæ, astutiæ, aut perfidiæ reperitur, sic in Christo omnis mansuetudo est & iustitia, ipse enim uere est ille iustus, innocens manibus, & puro corde, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore illius. Ille agnus ad omnia utilis, & omni ex parte salubris. Veluti emi in quo libet agno pellis, lana, lac & caro usui nostro apta sunt. Ita Christi doctrina, & tota eius uita nobis est speculum, in quo omnia nostra contemplemur, & exemplum, ut insequamur uestigia eius. Quare ubicunq; Christum, & quacūq; forma eum inueneris, memento in eo ipso, dominum tuum tibi dedisse exemplum, ut & tu sic facias. Ipse enim ut se sequamur uoluit: quemadmodū in eo quod discipulis pedes lauit, pulchre docet, Hic est agnus ille dei benignus & placidus, qui non ut bos cornu petit, non ut lupus lacerat, non urs tmore urget aut trudit, non
1 Pet. 2 ut equus calcitrosus calce percutit, sed ut Petrus clarissime describit, Quum ipse maledictis incesseretur non regessit maledicta, cum malis afficeretur, non minabatur. Quinetiam se tradidit iniuste iudicanti. Ille agnus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū, quo peccatis mortui iustitiæ uiueremus. Hæc qualia sint, & ut se habeant per passionem domini pluribus ostendemus. Passionem enim ex quatuor Euangelistis in μονοτεσσάρῳ secundum expressum textum prædicabimus, annunciaturi innocētis illius agni dei patientiam. Vos itaq; etiā atq; etiam oro, & per amarissimam Christi domini nostri passionem obtestor, ut cum diligenter quomodo se in salutifera passione sua Christus gesserit, utq; peccatum mundi tulerit ille agnus dei perspexeritis, etiam uos in omnibus uestris tentationibus.

tionibus eius uestigia cum omni animi lenitate & mansuetudine sequamini. Sequitur textus ex quatuor Euangelistis.

SERMO QVARTVS IN VIGILIA PASCAE HABITVS.

CRedere oportet accedentẽ ad deũ, ad Hebr. 11. Hebr.11
Ad conseruandam & retinendam aduersus sacramentorũ capitales hostes, ueritatẽ in honorabili altaris sacramẽto aliquot naturæ miracula in primo sermone, pduximus, ex quibus quisq; apud animum suum ineffabilem dei potentiam facilius concipere posset, fecimusq; id nõ temerario quodã ausu, sed diui Apostoli auctoritate inducti, qui ad Rhomanos scribẽs, testificatur inuisibilia dei, ipsamq; æternã eius potentiam, & diuinitatem peruideri ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur. Atq; hinc est quod toties nos in Euangelio Christus creaturas cõtemplari iubet, nempe cœlũ, solem, lilia agri, semen tritici, messemq;, & his similia. Quoniã uero scriptura diuinitus inspirata, ut ad Timot. scribit Paulus, utilis est ad doctrinam, Ac Christus in Euangelio toties scripturam scrutandã innuat, ipseq; subinde scripturæ utatur testimonio. Sic enim Saducæos erroris arguit, quod scripturas nõ intelligerent. Sic ipse Ioannis 5. inquit, Scrutamini scripturas, quia uos uidemini uobis in ipsis uitam æternã habere, & illæ sunt quæ testificantur de me. Necq; aliter duos illos discipulos, quibant in castellum Emaus est adortus, quam scripturis. Incipiẽs enim (ueluti euangelica habet historia) à Mose & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Sic & coram omnibus suis discipulis scripturæ testimonio usus, postquam resurrexerat, confirmat eis necesse fuisse ut omnia implerentur, quæ scripta essent in lege Mosi, prophetis, & psalmis de se. Ad eundem modum Abraham diuiti illi in Tartaro pro fratribus oranti respondit, Mosen habẽt & prophetas, audiant illos. Sed quid multis? Nullibi nõ Chri-

Rom. 1

Ioan. 5

Luc. ult.

stus scriptura utitur, ut in templo & deserto aduersus satanam, quæ pluribus hic tractare temporis angustia nō patitur. Porro Christū inducēdis scripturis mox sui secuti sunt discipuli, nimirum optimum in omnibus imitantes magistrum. Quare ut Acta Apostolorum testantur, Petrus in primo sermone scripturis sua dicta firmiter munit. Paulus ad Romanos .4. 9. 11. 15. & 16. capitibus, crebris scripturis sua corroborat, ueluti & in omnibus ferè suis epistolis facere consueuit. In actis Apostolorum expresse habemus de Paulo, quod quum iter fecisset per Amphipolim & Appolloniam, uenisset que Thessalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorum, introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis è scripturis, adaperiens & allegans quod Christum oportuisset pati & resurgere à mortuis. Et post discessum suum inde commigrauit Berrheam & Athenas, Vbi recipiebant sermonem cum omni promptitudine, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Quum itaque in omnibus scripturæ sint scrutandæ, idque à Christo edocti discipuli fecerint, decet nos quoq; discipulorum Christi esse imitatores, sicut & ipsi fuerunt Christi. Quapropter circa hoc admirabile & incomparabile altaris sacramentum è scripturis sanctis aliquot petemus miracula, eáque cum hoc sacramento conferemus, ut ex illis immensa dei potētia & diuinitas, miseris nobis mortalibus clarius innotescat. Porrò de miraculis, quæ per uerbum dei in creatione rerum se offerunt, plura dicere minus est necessarium, nisi quatenus cuiusq; oculis subiectum est, quid in aquis super terram, uel in aēre quotidie gignatur. Nam in illorum etiam minimis, ut in floribus campi, magnæ quædam alterationes uarietatesq; conspiciuntur. Accedentes uero ad librum secundum Mosi, hic se nobis, immensus propè miraculorum cumulus offert. Miraculis enim & potentissimis dei operibus ille liber refertus est. Hic uirga Mosi mox in colubrum uertebatur, Moses eleuans uirgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius, & uersa est in sanguinem, Extendit

Acto. 2.
Rom. 9. 11
Exo. 4.

tendit uirgam ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ. Exten- Exodi. 7.
dit uirgam, percuſſitq; puluerem, & facti ſunt cinifes in ho
minibus & iumentis. Similiter & muſcæ grauiſſimæ immiſſæ
ſunt in domum Pharaonis & ſeruorum eius. Moſes tollit ple- Exodi. 9.
nas manus cineris de camino & ſpargit in cœlum, fiunt q; ulce
ra in hominibus & iumentis. Moſes extendit uirgam in cœ
lum, & dominus dedit tonitrua & grandinem & diſcurrentia
fulgura ſuper terram, & grando & ignis mixta ferebantur, & Exod. 14.
cuncta quæ in agris erant, ab homine uſque ad iumenta, gran
do percuſſit. Moſes extendit uirgam ſuper terram Aegypti,
& induxit dominus uentum urētem, qui abſumpſit quæ à grā
dine ſupererant, tam in arboribus quàm herbis terræ. Extendit
manum in cœlum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in uniuer
ſa terra Aegypti. Virgam Moſes Eleuat, & ſuper mare exten- Exo. 17.
dit, & eueſtigio mare diuiditur, litque ſicut murus à dextra &
ſiniſtra, Adeo, ut filij Iſraël ſicco pede tranſierint. Ita in aquas,
quas præ amaritudine in deſerto populus bibere non poterat,
lignum à domino monſtratum immittit, quo immiſſo, dulces
ſunt redditæ. Virga Moſes petram percutit, & aqua omni po
pulo ſufficiens inde emanat. Sunt præterea quamplurima mi
racula alia, quibus ſuam dominus coram populo Iſraël maieſta Leui. 10.
tem & potentiam declarauit, Nimirum ut terra ſe aperuerit, de
uorauerit q; Dathan Abiron, utq; aliquot ignis abſumpſe
rit. Quæ qui temere, aut non magna dei potentia facta putat, Ioſue. 3.
non terra, ſed toto cœlo errat. Et hæc quidem de temporibus
Moſi, à quo quum Ioſue filius Nun miniſter Moſi, populum
ſibi commiſſum accepiſſet, ac ueniret ad Iordanem cum archa
& populo, pedesq; eorum parte aquæ tingerent, ſteterunt ilico
aquæ deſcendentes in loco uno, & inferiores defluxerūt. Quo
factū eſt, ut non minus Iordanem, q̄ antea mare rubrū ſicco pe
de trāſierint. Haud multo poſt Ioſue ciuitatē Hiericho, quā nul
la ui diui poſſe ciues cōfidebant, ſolo clamore demolit. Quid
ego hic de miraculis in cœlo uiſis dicā. Gabaonitis cōtra quin q;
reges

reges auxiliū laturus uenit Iosue, hic hostes fusi, lapidibus magnis de cœlo obruuntur, Sol & Luna steterunt in cœlo, donec
4. Reg. 20 ille ulciscere tur se de inimicis suis. Sic tēpore Ezechiæ umbra in decem gradibus etiam retro uertitur. Prætergredior hic lubens breuitatis causa noui testamēti miracula. Hoc autē quod etiam tempore Moſi factum est miraculum, nec omittendum, nec derelinquendum censeo, Nimirū quod panis ille cœlitus
Exod. 16 est missus, qui honorabile altaris sacramentum figurauit, & re
Nume. 11 cepto uocabulo à nobis, etiā māna dicit, de quo Exod. 16. Nu
fiorẽ eos nihil intellexisse testificet, & fuisse istud ŷbũ absconditũ ab eis, nec intellexisse eos q̃ dicebant Luc. 18. porrò ut discipuli, quæ de passione dicebant nihil penitus intelligebãt, ita nostro hoc potissimũ sęculo uehemẽter metuendũ est, ne multi sint, q̃ huius sacramẽti mysteria nõ intelligãt. Est em̃ hoc sacramentũ repræsentatio q̃dam & uiua memoria amarissimę passiõis & effusionis sanguinis Christi. Vnde nihil mirę si circa eius manducationẽ q̃dam impingũt. Quib⁹ q̃d suæ rõnis bñficio intelligũt, magis placet q̃ quod ŷbo diuino certificati fideles credũt. Sed uos fratres in Christo charissimi, q̃bus cõptum est apud deũ nõ impossibile eẽ oẽ ŷbũ, etiã hic circa honorabile altaris sacramentũ pie agite, & fide cõfirmãtes corda uestra, scitote penes hoc sacramentũ duo haberi, ŷbũ Christi, & eius corpus p̃ciosissimũ. Verbũ te instituit, & fidẽ tuã quo dirigas indicat: iam si tu ŷbo dei p̃ fidẽ firmiter adhæseris credendo, spiritualiter mãducas, & spiritualẽ cibũ iam es consecutus. Quo circa apud Ioannẽ Christus, quũ de hoc sacramento diu multũq; esset locut⁹, cõfitet tandẽ ŷba sua, spiritũ esse & uitã. Hic em̃ uere uiuus est panis, panis nõ mortis sed uitæ. Atq; hinc est q̃ Punici baptismi facientes mentionẽ, eũ portã appellarũt salutis, uel salutẽ. De hoc uero honorabili altaris sacramẽto dicturi, uitã illud uocauerũt. Quanq̃ aũt spiritualis mãducatio p̃ fidẽ ex uerbo dei, pueniat, nõ tñ supuacua & inanis censenda est interim corporalis illa manducatio, quã etiã nostræ fragilitati consulturus instituit dñs, q̃ quum sit uia & ueritas, nec fallit, nec falli à quoq̃ potest. Quare nõ qd nr̃i ocli cernãt, sed qd oĩpotẽs & uerax dñs dixerit, cõsiderandũ & pręoculis habendũ erit. Qd ut uos faciatis facili⁹, nõ grauabor ex Euangelio (libenter em̃ euãgelicis testimoniis utimur) aliq̃t exẽpla pferre, ex q̃bus intelligatis nõ ad nostri ingenij captũ, sed ad diuinæ maiestatis potentiã mirabilia dei opa esse referenda, & discatis interim quõ spũaliter & corpaliter manducet.

Sacramentum altaris quid.

Ioan. 6.

Quũ missus esset angelus Gabriel in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatã uiro Mariã, & postq̃ gratiosam ei salutationẽ denunciasset, eã scilicet esse conceptura & pariturum filiũ &c. ipsaq; demiraret quõ futura essent ista, quũ uirę

Luce. 1.

nõcognosceret,tũc nondũ spiritualiter ipsa cõceperat,q̃primũ aũt angelus ei recitauit,quẽadmodũ spiritus sanctus esset supuentur⁹ & uirtus altissimi ei obumbratura,& apud deũ nõ fore impossibile omne uerbũ,mox dum hęc credebat beatissima uirgo,spiritualiter manducarat & conceperat.At nihilo minus tamẽ Christus uere & corporaliter in utero eius fuit. Quare Elizabet cognata eius dixit,Beata quæ credidit,quoniam perficient̃ ea quæ dicta sunt ei à domino.Pastores, quibus natum esse saluatorem annũciauerat angelus,spiritualiter illud credebant,& nihilo minus Bethleẽ usq; profecti, corporaliter uiderunt dñm. Simeon homo ille iustus & pius,q̃ resp̃sum acceperat à spiritu sancto,nõ uisur⁹ se mortẽ,nisi prius uideret Christũ dñi,ille licet non fuerit diffisus uerbis spiritus sancti,iamq; credendo spiritualiter dominum uidisset, tamen per spiritum in templum uenit, & puer⁹ Iesum accepit in ulnas suas, & laudans deum,piã illã orationẽ,Nunc dimittis, pronunciauit, in qua inter alia confitet̃, se suis oculis uidisse salutare domini, lu-
Matt.9. men ad reuelationẽ gentium,& gloriam plebis Israel. Mulier quę sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos,& insumpserat omnia sua,neq; quicq̃ adiumenti senserat, in fide etiam manducauit dñm, quũ sibi certo certius p̃suasisset se saluam fore,si uel uestimenta eius tangeret,at nõ eo segnius tñ corporaliter uenit in turba à tergo,& tetigit dñi uestimentum. Latro in cruce recte per
Luce.23 fidem manducauerat,dum in Christum credebat,at rectissime secit,q; in uerba prorũpens Christum orauit,ut sui foret memor,cũ ueniret in regnũ suum. Inde em̃ benignũ à dño responsum est cõ secutus. Rñdet em̃ illi Christus. Amẽ dico tibi,hodie mecũ eris in paradiso.Sed quid multis? Talibus historijs referta est scriptura,in qbus nõ tam spiritualẽ p̃ fidem manducationẽ q̃ corporalẽ subsecutã & celebratam uidere licet. Cũ itaq; Christus p̃ suũ uerbũ spiritualẽ nobis in fide manducationẽ adserat, & nõ minus interim corporalem subiungat, qđ exp̃sa & luce meridiana clariora eius uerba de corpore & sanguine cõprobant, quod quæso aliud atq; ipse docuit,aliud atq; Apostoli scriptũ reliquerunt, & à primitiua ecclesia usq; in hanc horã Christi fidelũ catholica usurpauit eccle-

sia nos

sia nos suscipiemus? Cur à uerbis claris & certis ueracis Christi deficiẽtes, somnia seq̃remur? Qua rõne corporalẽ manducationẽ à spũali segregemus & distinguemus, quũ Christꝰ nõ separuerit. Iuriscõsulti ubi lex nõ distinguit, distinguendũ minĩe cẽsent, & nos impune nobis abituꝝ putamꝰ, si cõtra clara Christi nr̃i regis ꝟba aliud statuerimꝰ? Christi ꝟbũ, Christi testamentũ habemꝰ, hoc uobis è manibus friuolis hęreticoꝝ nugis extorq̃ri, neq̃q̃ patiamĩ fratres. Eq̃dẽ de hoc scriptũ in psalmis est, Neq; ꝓphanabo testamẽtũ meũ, & q̃ ꝓcedũt de labijs meis nõ faciã irrita. Nimiꝝ id est qd̃ Nu. 3. scriptũ reliq̃t Moses, Nõ faciet irritũ ꝟbũ suũ. Quin et ĩ memorato psalmo ait, Disposui testamentũ electis meis. Qd̃ q̃dẽ testamentũ ratũ & firmũ seruabit. Est em̃ scd'm illud testamentũ, qd̃ ipse nobis Baruch. 20. capite ꝓmisit, & de q̃ Zacharię. 9. de q̃ deniq; multa apud apl'm in epist. ad Hebr: legimꝰ, q̃t sc; & q̃ntas habeat ꝓmissiones, q̃busuis etiã ueteris testamenti ꝓmissis multũ ꝑ oẽm modũ pręstantes. Ipse dixit, proinde tu Balach sta & ausculta, Audi fili Sephor, nõ est q̃li homo ut mentiat̃, nec ut filius hoĩs ut mutet̃. Num igit̃ dixit & nõ faciet? locutus est & nõ adimplebit? Hoc ipse dixit, ipse promisit, suoq; diuino ꝟbo firmauit, unde seruabit etiã, & firmissime q̃dẽ promissa. Nimiꝝ etiã tu Iebusęe, q̃ nõ secus ac ꝑfidi Iudæi, sacramenta conculcas pedibus, nõ ignoras q̃d in ueteri testamento patres fecerint, ut deũ sui uerbi admonuerint, promissa illi reuocarint in memoriã. Ita em̃ Exo. 32. deprecat̃ pro populo seruus dñi Moses dicens, Recordare dñe Abrahã, Isaac, & Israel seruoꝝ tuoꝝ, q̃bus iurasti ꝑ temetipsum dicẽs, Multiplicabo semẽ uestrũ sicut stellas cęli &c. Ad eundẽ modũ Iudith. 9. Memẽto dñe testamẽti tui. Quin & dñs Leuit. 26. se ad populi p̃ces sui testamẽti recordatuꝝ asserit. Exp̃sse em̃ dicit, Cũ orabũt pro impietatibus suis, & recordabor fęderis mei. Itẽ Exo. 6. inq̃t. Ego recordatꝰ sum pacti mei. In ꝓmptu eẽnt q̃pluria alia testimonia scripturę de fędere & ꝓmissionibus dñi, quę oĩa clare testificãt̃ dñm quę promittit, uelle & posse seruare. Quẽadmodũ ad Rom. docet Apl's. Nequaq̃ em̃ mentit̃ dñs, quum ipse ꝟitas sit & uita. Quãobrem fratres, q̃d reliquum est, nisi ut diuini ꝟbi maiestatem

Psal. 88.
Nume. 3.
Baruch. 20
Zacha. 9.
Exo. 32.
Iudith. 9.
Leui. 26.
Exodi. 6.

adoran

adorãtes, credamus tandẽ, tot eius miraculis edocti, apud deũ oĩa possibilia esse. Ipse em̃ uocat ea quæ nõ sunt, nõ aliter atq; ea quæ sunt. Quare uobis p fidẽ suo diuino ẏbo, relectis carnalibus opinionibus, firmiter adhærendũ erit. Quod si feceritis in hoc sæculo p fidem ad deũ accedetis, & in futuro, ppetuo conregnabitis & uiuetis p Christũ. Qđ ut fiat, faxit deus, q est bn̄dict⁹ in sęcula, Amẽ.

SERMO OCTAVVS HABITVS IN OCTAVA PAS.

Hebr. 11

CRedere oportet accedentẽ ad deũ, Heb. 11. Multa & uaria fratres dilectissi. de honorabili altaris sacramẽto p supios res sermones tractauimus, solidisq; scripturę testimoniis impudentissimoꝝ istoꝝ Iebusęoꝝ, Nicodemorũ, & Caphar naitaꝝ somnia cõfutauimus. Eorũq; inania & fucata subuertimus fundamẽta. Nã impudentiã istoꝝ nullis ẏbis cõprimi posse quis nõ uideat? Porrò quũ hodiernũ quoq; Euangeliũ cõmodissimã ad nostrũ institutũ adferat materiã, uos oratos uolo, ut uel tã discatis, q̃ pernicioſa & indigna Christiano hoie res sit incredulitas, quã passim Christ⁹ arguit, in quã inuehit, quã denicq; radicitus è suoꝝ cordibus euulsam esse cupit. Sic em̃ Thomæ in-

Ioan. 20.

credulitatẽ dn̄s arguit, qui quũ audiret alios discipulos affirmare, sed̃m uidisse, credere recusauit, nisi uideret in manibus eius uestigiũ clauoꝝ, & mitteret digitũ in uestigiũ clauoꝝ, ac manũ suam in latus eius. Mox illius cordis duriciẽ & incredulitatẽ reprehendens dn̄s, beatos pronũciat eos, q nõ uiderũt & crediderũt tamẽ. Miseros igit & uere miserãdos hoies, q circa uenerabile altaris sacramentũ suæ incredulitati dant locũ, non crediturí nisi coràm, & uisibiliter suis oculis in hoc sacramento Christum esse cernãt. Et faciunt sanè gloriabundi isti sacramentoꝝ euersores, non aliter atq;

Luc. 23.

apud Lucã Herodes, q obadductum ad se Iesum gaudebat uehementer, sperabatq; se signum aliqđ uisuꝝ ab eo fieri. Ita isti sunt sacramẽtoꝝ hostes, nõ Christiani aut fideles (q̃ em̃ in eis scintilla est fidei) sed ꝓterui & duræ ceruicis, p oĩa Iudęis simillimi. Quos Apostolus in priori ad Corinth. signa petere, quẽadmodũ Græcos sapientiam quęrere asserit. His aũt ꝓtidis & obstinatis mysteriorꝝ

dei con

dei contẽptoribus, signa maxia & plurima, pferre possem, nisi me tuerẽ ne aures istas suis assuefactas fabulis, ad historias oĩno surdas essem habituris. Sed unũ tamẽ atq; alterũ exemplũ pstringã, si quo modo uel relictæ eorũ cõuersæ saluari queãt. Principio itaq; illis, si modo rõnis suæ sunt cõpotes, cõsyderandũ propono, q̃ mirabiliter Cypriani tpe obtigerũt, q̃ ipse Cyprianꝰ facit in sermone .5. de lapsis mentionẽ. Nimirũ q mulier q̃ de sacramẽto indigne erat locuta, uel indigne illud sumpserat, morte subitanea pijt. Deiñ ob idẽ facinus alia, q nõ dijudicasset corpꝰ dñi, dæmonio obsessa est. Quid dicã interim de sacerdote indigno, cui p hostia cinis in manibus remãsit. Si ẏo nec his qdẽ cõtenti fuerint, producã magnũ illud signũ, qd̃ ante noningẽtos annos Gregorij magni tpe est factũ, ubi realiter in uenerabilis sacramenti hostia digitꝰ est uisus. Cæterũ ne hoc qdẽ ptermittendũ censeo, qd̃ Eusebius scribit, Serapion in Alexandria in grauissima infirmitate decũbentẽ, ẏ tute illius sacramẽti, robur & firmitatẽ sui spiritꝰ accepisse. Tempe Augustini (ut ipsemet .22. de Ciuit dei testat) dæmonia ẏ tute illius sacramẽti, pfligata sunt. Gregorius fide dignissimus testis scriptũ reliqt Papam Agapitũ cuidã muto & claudo honorabile hoc sacramentũ pbuisse, & è uestigio mutũ esse locutũ. Basilius, Beda, Ioannes Eleemosinarius, Pascasiꝰ, & alij multi, tũ alia uaria miracula, tũ hoc q̃q; de Satyro Ambrosij fratre scribũt, idq; in multis Christianitatis regnis & in Hispanijs, Germania, & alibi factũ asserũt, q̃ multoties honorabilis sacramẽti hostia sanguine conspersa uisa est. Insup sanguinẽ alioq; sæpe apparuisse, idq; tametsi ante aliq̃t sęcula factũ esse in confesso sit, tñ in hodiernũ usq; diẽ clare cernit, qd̃ p naturã insuetũ est & insolitũ, at diuinæ maiestati nõ impossibile, nobisq; fragilibus hoibus admirabile in oculis nostris. Quid itaq; iã uos Gigantes, q̃cũq; uestra freti animositate Christũ dñm nostrũ è honorabili sacramẽto, pfligare conamini? Quid iam inq̃? Nũ adhuc signa quæritis? An creditis ea q̃ produximus nõ ex anilibus fabulis deprõpta, sed grauissimorũ patrũ, & oĩ exceptiõe maiorũ testiũ attestantibus cõmunita signa esse. Eqdẽ si negaueritis, conuincã. Sin fueritis cõfecti, uestrã incredulitatẽ recte arguí intelligistis. Quare uos p oĩpotentẽ deũ oro, p ueracẽ Christũ obtestor, ut

Miraculũ, qd̃ contigit tpe Gregor.

 deposita

dępoſita mẽtis cæcitate uidere incipiatis. Periculoſa eſt em̃ ueſtra cõuerſatio, uita impura, & cor corã deo imundũ. Tãetſi em̃ Chriſtus multa ſigna ediderit, diſcipulisq; faciẽdi ſigna tradiderit facultatẽ, tñ nihil ęque arguit atq; eos, qui ſigna continuo flagitãt. De
Matt.11. Chriſti ſignis q̃ fecit, referta eſt Euãgelica hiſtoria, unde à Ioanne miſſos diſcipulos, remittẽs ipſemet ait Matth.11. Ite renunciate Ioanni, quę uidetis & auditis, Cęci uiſum recipiunt, claudi ambulãt, leproſi mundant̃, & ſurdi audiunt, mortui excitant̃, &c. Quẽadmodum ẏo diſcipulis ſuis dederit poteſtatẽ miracula faciendi in noĩe ſuo, Marcus deſcribit aptiſſime his ẏbis. p nomẽ meum dęmonia eiiciẽt, linguis loq̃nt̃ nouis, ſerpẽtes tollẽt, & ſi qd lętale biberint, nõ nocebit eis, ſup ęgrotos man⁹ imponẽt & bñ habebũt.
Marc.16. gn maiora quoq; eos facturos dñs apud Ioannẽ eſt pollicitus, ait em̃, Amẽ amẽ dico uobis, q credit ĩ me, opa q̃ ego facio, ipſe faciet,
Actu.3. & maiora his faciet. Quare Petrus claudo ex utero matris ſuæ ſimpliciter dixit, In noĩe Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula, & p tinus cõſolidatæ ſunt plantę illius, & tali, & exiliens ſtetit & ãbulauit. Ad Aeneã q ãnis iã octo decũbebat in grabato paralyticus, ait Petr⁹, Aenea, ſanet te dñs Ieſus Chriſt⁹, & ille cõtinuo ſurrexit.
Act.9. Sed qd eſt admirabili⁹, delatis ſup infirmos à corpe Pauli ſudarioĩb⁹ morbi receſſerũt, & ueniẽtis Petri umbra ĩfirmos ſanitati reſtituit. Quę utcũq; magna & admirãda ſigna fuerint, tñ dñs nõ ſemp à ſignis dũtaxat pẽdere nos uoluit, ſed ſuo nos ẏbo maluit p fidẽ adhærere. Cui⁹ rei magnũ eſt argumentũ, q in ueteri teſtamẽto non
3.Reg.17. 19. multi admodũ pphetæ ſigna fecerint, ut Helias & Heliſe⁹. At nihil ominus tñ ẏbũ ſuũ pdicandũ ipſis cõmiſit, & p eoꝝ ora dñs locutus eſt. In nouo teſtamento qs ignorat, q̃ ſancte Ioannes Baptiſta oẽs ad ſe cõfluentes docuerit, ut populo, publicanis, ut denicq; militibus quæ agerẽt pdicauerit, ſingulos ad uitã ęternã cõſequendã
Mar.1 pparãs. Erat aũt ipſe Ioannes in deſerto, habẽs indumẽtum ſuũ è pilis camelorꝝ, & zonã pelliceã circũ lumbos ſuos. Porrò cib⁹ illi⁹ erãt locuſtę & mel ſylueſtre & uinũ nõ bibebat. Quin adeo ſancte
Mat.11. uixit & docuit, ut Chriſtus ipſe teſtet̃ nõ exortũ eſſe iter eos, q nati ſunt è mulierib⁹, maiorẽ Ioanne baptiſta. Atqui utcunq; magn⁹ & ſanctus fuerit Ioannes Baptiſta, ſignum tamẽ nullum fecit. Ex

quibus

quibus cuiuis facile patet non tam signa quærenda, quàm nudis dei uerbis credendũ firmiter. Quod ut habeas apertius, huc quęso refer id, quod Christus quibusdam è scribis & pharisæis respondit, cupientibus ex eo signũ uidere, an non eos increpat? & obiurgat? dum ait, Generatio praua & adultera signũ quærit, & signũ nõ dabit̃ illi, nisi signũ Ionæ prophetæ. Ad eundẽ modũ & apud Marcum eis exprobrat eorum incredulitatem dicẽs, Amen dico uobis, si dabitur huic generationi signum. Postremo etiam apud Ioannem Christus Iudæis hoc uitium obijciens ait, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Sed ut tandem, quanti apud deũ miracula æstimentur, uere iudicare possitis, tanti facit deus miracula, ut quibusdã qui in nomine eius eiecerunt dæmonia, & multa signa fecerunt, ipse dicturus sit, nescio uos. Quare etiam in hodierno Euangelio non frustra Thomas audit à domino, Quia uidisti me Thoma, credidisti, Beati qui non uiderunt & crediderũt. Quocirca qui in ijs rebus q̃ sunt fidei aliquid uidit, iã fidei amisit meritũ. Quin etiã hoc cõsequit̃, ut fides quã in eã rem habuit credẽdo, amplius fides nõ existat. Quũ ut apostol⁹ Hebręos docuit, fides earũ rerũ q̃ sperant̃ sit substãtia, argumentũ eorũ quæ nõ uident̃. Sed dices hic mihi, qd de miraculis in scriptura cõprehensis, qd̃ illorũ maius est? hic ego tibi paucis respõdebo, Homini ęco à natiuitate uisum donare magnũ est miraculũ, sed ut mea qdẽ fert sentẽtia, hoc longe maximũ signũ, & precipue est admirãdũ, qd̃ uirtute spũs sãcti, quẽ hodie primũ acceperũt apostoli, uniuersũ terrarũ orbẽ ad fidẽ cõuerterũt. Quid em̃ admirabili⁹? q̃ hoĩes idiotas, indoctos, & inopes (neq; em̃ qd̃ relinquerẽt p̃ter unã atq; alterã nauiculã cũ rhetibus, habuerunt) quid itaq; magis mirũ, q̃ eiusmodi hoĩes tot regna, tãq; uarios popl̃os in suã deducere sentẽtiã, quũ nõ cũ duce aliq̃ potẽti. Sed diuisi ab inuicẽ, totũ terrarũ orbẽ pagrarint, unde facile uidemus mũdũ nec p̱ fauorẽ, opes, uĩ, aut alias malas artes esse cõpulsũ. Sed p̱ uerba apostolorũ, sermones, & scripturas sctãs esse cõuersũ, id qd̃ nobis luce meridiana clarius cõp̱bãt Petri, Pauli, & aliorꝝ apl̃orũ sermões. Tãetsi uero etiã superstitiosas incredulorꝝ Dydimorꝝ cõsciẽtias torquere posset, quõ Christus ex incorruptę uirginis utero in hũc mundũ natus

Matth. 12.

Mar. 8

Hebr. 11

sit, quō ex clauso & obsignato monumento resurgendo egredi, & clausis ianuis ad suos discipulos ītrare potuerit &c. tñ si me amice & fraterne monentē audiuerīt, relictis inutilib⁹ quęstiōibus, ꝟbis Christi, quibus honorabile altaris sacramentū instituit, firmiter innitent̄, & illis adhęrebūt cōstantissime, atq; nō secus ac Iudęi, suā legē in uestimētoꝝ fimbrijs gestabāt, ipsi q̄q; clara Christi de sacramēto altaris ꝟba, alta mēte reposta tenebūt. Q̄d quū facere incepint, inueniēt apud Matthęū cap. 26. Iesum accepisse panē, & cū gratias egisset, fregisse, dedisseq; discipulis suis & dixisse, Accipite comedite, hoc est corpus meū. Et accepto poculo, gratijs actis, dedisse illis ac dixisse, Bibite ex hoc oēs. Hic est em̄ sanguis meus, q̄ est noui testamenti, q̄ effundet̄ ꝓ multis in remissionē peccatoꝝ. Vide quæso, quisquis uerum & germanum uerboꝝ Christi sensum nō respuis, uide & attēde q̄d dicat. An nō inq̄t? hoc est corp⁹ meū? nimiꝝ sic est. Audis p̄terea q̄ dicit, hic est sanguis meus, qui igit̄ uinū esse poterit? q̄ dn̄s nō uulgarē, sed suū sanguinē esse confirmat? Ait em̄, hic est sanguis me⁹, q̄ est noui testamēti, q̄ ꝓ multis effundet̄ in remissionē pctōꝝ. Miranda sane, & si dicendū est aptius, absurda res esset, si Christus uino nouū suū testamentū erigere & cōfirmare uoluisset. Deberem⁹ em̄ fortasse & nos (ut plæriq; sacramētoꝝ hostes) in cōuiuijs dies noctesq; delitescentes uino madere, q̄d à dei populo, quē sobriū esse decet, longissime absit. Quid ꝟo q̄ præclare quæso affirmabimus, uinū ex Christi uulneribus, & ex eius latere fluxisse, & ꝓfusum eē in remissionē pctoꝝ? Q̄d tñ necessario seq̄ret̄, si (ut impij sacramētoꝝ euersores eructāt) nihil aliud in calice p̄ter meꝝ uinū esset, & nos cōtra ac Christus dixit & uoluit, hoc uinū esse duntaxat crederemus. Sed age producamus etiā Marci testimoniū, q̄ illaꝝ reꝝ mentionē. 14. capite facit, sic scribēs, Iesus sumpto pane, cū gratias egisset, fregit & dedit illis, ac dixit, Sumite comedite, hoc est corpus meū. Et accepto poculo, cū gratias egisset, dedit illis, & biberūt ex eo oēs, & dixit illis, Hic est sanguis meus noui testamenti, q̄ ꝓ multis effundet̄. Atq; hic uide obsecro q̄ pulchre Marcus Petri discipulus cū Matthęi euāgelio cōsentiat, agnosce tandē germanū ꝟboꝝ & reꝝ ītellectū. Postremo ut uel om̄i ex ꝑte infirmioribus cōsulat̄ cōscientijs, ecce

Matt. 26

Marc. 14.

Lucæ

Lucæ q̃q; medici Antiochensis saluberrimũ testimoniũ minĩe relinq̃mus, q in sua euangelica historia ad Theophilũ scribit, Christũ postq̃ accubuerit cũ duodecim, dixisse, desyderio desyderaui hoc pascha comedere uobiscũ anteq̃ patiar. Dico eñ uobis, post hac nõ edã ultra ex eo, donec cõpleat̃ in regno dei. Et accepto poculo gratias egit & dixit, Accipite hoc & diuidite inter uos. Dico eñ uobis, q nõ bibã de fructu uitis, donec regnũ dei ueniat. Et accepto pane, cum gratias egisset, fregit ac dedit eis, dicens, hoc est corpus meũ, quod pro uobis dat̃, hoc facite in mei recordationẽ. Similiter & poculũ postq̃ cœnauit dicens, Hoc poculũ nouum testamentũ p sanguinẽ meũ, q ꝓ uobis effundet̃. Hic ꝟo fratres charissimi cõsyderandũ uobis relinq̃, q primũ Christus añ huiꝰ sacramẽti institutionẽ de paschate loqt̃, testificãs se desyderio desyderasse cũ discipulis pascha edere. Iã nemo ignorat pascha etiã cũ infermẽtatis panibus celebrari oportuisse. Ita eñ est institutũ Exo. 12. Vñ nõ est arbitrãdũ quũ iã antea panibꝰ uescerent̃, dñm scda uice nihil alid' exhibuisse discipulis q̃ materialẽ et pistoris manu coctũ panẽ. Deinde accepto poculo, dicit se nõ bibituꝝ de fructu uitis, donec regnũ dei ueniat, deditq; discipulis poculũ, iubẽs ut inter se diuiderẽt. Qd̃ si nihil aliud in poculo scda uice exhibito eis dedit q̃ meꝝ uinũ, qd q̃so noui fecit? qd qd̃ non antea biberint exhibuit? qd deniq; opus erat ꝟbis, qbus testificabat̃ sanguinẽ suũ hunc eẽ? quũ nõ nisi uinum exhiberet. Sed fratres charissimi, nolite q̃so uanis istoꝝ nugis psuasi, temere in aliud Euãgelium trãsferri, sed ꝓpius ordinẽ à Luca obseruatũ inspicite, & uidebitis Christum primũ pascha cũ suis discipulis comedisse, ibiq; ꝓcul dubio panẽ materialẽ & uinũ naturale nõ defuisse. Sicq; sed'm legẽ Mosi eos comedisse pascha, & uinũ inter se diuisisse, at lege impleta alid' pasca Christꝰ instituẽs, nõ iã iteꝝ materialẽ panẽ, nõ iteꝝ uinũ de fructu uitis, sed ut suis ipse uerbis testat̃, suũ corpus & suũ sanguinẽ discipulis p̃buit, quę adeo clare & exp̃sse cum ab alijs, tum p̃cipue à Luca describunt̃, ut nõ tã demiranda q̃ deploranda eoꝝ cæcitas uideat̃, q apertæ ꝟitati reluctantes, p̃ter panẽ & sanguinem nihil adesse garriunt. Tametsi uero satis supq; rem probatã trium illoꝝ claris testimonijs putemus, quum in lege Mosi scriptum sit;

Lucæ. 22

Exod. 12.

Deut.17. In ore duoꝝ aut triū testiū stabit oīe ỹbū. Qđ etiā Christus Ioā. .8. tangit. Et Apls suo Timotheo in sacerdotū causis cognoscēdis præscripsit, aduersus presbyterū accusationē suscipiendā nō esse, nisi duobus aut trib⁹ testibus. Atqui bone deus, q̄t hodie sunt laici, q̄ contra clericos multa moliunt, eaq; potissimū, quæ non tā in sacerdotū capita essent inclinatura, q̄ olim Christianoꝝ impatoꝝ, & regū iura subuerterēt. A tpe em primi Christiani impatoris Cōstantini magni, usq; in hunc diē, nullus impatoꝝ ea attentauit, q̄ isti ꝓfricta fronte mouere & agitare nō desinūt. Verūtamen min⁹ hoc demirandū erit, si post euersa sacramēta, & pulsum inde ꝑ uirili Christū, postremo etiā ī petū in Christi seruos faciūt. Sed redeo unde digressus sum, ac licet Matthęi, Marci, & Lucæ testimonia sufficere iudicarē, ex qb⁹ ỹa institutū honorabilis sacramēti dignitas pdiscī q̄at, tn̄ q̄ minus dubitationis relinquat infirmis, etiā qđ 1. Corint.11. Paul⁹ nobis è tertio cęlo detulerit referem⁹. Docet aūt btus Paul⁹ suos Corinthios, qđ accepit à dño, nō ꝙ ipse cū duodecim in ultia cœna accubuerit in mēsa, Sed ꝙ illud quoq;, ut alia, à deo acceptū referat, ꝙ dn̄s Iesus in ea nocte q̄ tradit⁹ est, accepit panē, & post q̄ gratias egisset, fregit & dixit, accipite & edite, hoc meū est corpus qđ pro uobis frangit, hoc facite in mei cōmemorationē. Ad eundē modū & poculū ꝑacta cęna dicēs, hoc poculū nouū testamentū est in meo sanguine, hoc facite q̄tiescūq; biberitis in mei cōmemorationē. Iā uidetis dilectissimi in Christo, ꝙ oēs hi q̄tuor cōcorditer & uno ore scribunt dn̄m dixisse, hoc est corpus meū &c. Quapropter nemo aliter nec credat nec doceat. Nā alteꝝ illoꝝ necessario seq̄t. Aut cōfiteri nos oportebit, hic adesse corp⁹ & sanguinē Christi, aut cōfiteri panē manu pistoris coctū ꝑ nobis esse passum, & uinū meꝝ nō sanguinē ꝑ nobis eē effusum, qđ nemo unq̄ asseruit, imò nemo bon⁹ cogitauit, p̄cipue si ea q̄ apls indigne mā ducāti, & indigne de poculo bibēti minat, nō somnolēter legerit, Ait em talē reū fieri corpis & sanguis dn̄i. Imò illū iudiciū sibi edere & bibere affirmat, ꝙ nō dijudicet corp⁹ dn̄i ab alijs uidelicet cibis, ꝓpter hoc em Corinthioꝝ multi imbecilles et inualidi erāt, et dormiebāt multi. Et eā sanè ob rē ipse disposuit, ut ꝓbet seip̄m hō, cognoscat & iudicet se, ne à dño corripiat. Idq; nō de hordeaceo,

aut ex

autex tritico, auenáue cocto pane, sed de supnaturali, eçlesti, & di uino pane intelligi uoluit. Prodeãt nũc Nicolaitę isti Anabaptistę cũ sua cęna dñica in suis synagogis celebrata, & cognoscãt eorũ ipiũ ritũ ab aplo eẽ phibitũ, discãt apli ỽbis moniti, in suis priuatis domibus edendũ et bibendũ, in eccla ỽo cũ debita reuerẽtia dñicã cęnã manducandã. Quare uos Waldẽses, Picardi, wiclefenses attẽdite, & cõsyderate tãdẽ, quõ de hęresi in hęresim icidatis. Hic em nõ in eo dũtaxat (qđ p se erat maximũ) erratis, qp cõtra Christi ỽba, nec corpꝰ nec sanguinẽ dñi pśto eẽ creditis, sed etiã iuxta hoc cõtra clara Christi ỽba pniciose & agitis ipie, qp nõ in ecclesia, sed in priuatis ędibꝰ & famosis ãgulis, cęnã dñicã sumere nõ erubescitis. quẽ qđẽ errorẽ, ut manu deprehendatis (credere em à fide alienissimi nõ potestis) Pauli ỽba uos ispicere iubeo, et uos oro, si qs surdę urę aures p:es admittũt, ut nõ me, sed Paulũ electũ dei uas audiatis, quẽ et uos gentiũ eẽ doctorẽ, et in ỽritate missum, electũq; Christi apostolũ, nõ ignoratis. merito itaq; apud uos eiꝰ, q in ore uobis tã frequẽs est, ualebit autoritas, quũ eũ electũ sciatis, ut portaret nomẽ Christi corã gẽtibꝰ, regibus, & filijs Israel. Sed demirabit hic fortasse aliqs, et qret ex me, quũ euãgelistarũ & apostoli ỽba luce meridiana sint clariora, quõ isti hoẽs adeo excęcari queãt, ut cũ cęcis palpẽt i meridie: quõ ea suis inuẽtis obscurata, alio trahere et torq; re audeãt: Recte sane & nõ imerito demiraris, qsqs es q solidã scripturã & simplicẽ ob oculos positã, ỽritatẽ cõsideres, necdũ uides q sit diabolus mille artifex. Porrò nos straminea, qđã eorũ argumẽta p supiores sermones cõfutauimꝰ, nimirũ qđ ex Ioãne adferũt, caro nõ pdest qcq; &c. plura aũt, deo annuẽte, i cõsequẽtibꝰ eorũ fundamẽta pducemꝰ, et diaboli detigemꝰ astutiã, q nõ mõ ut leo rugiẽs oberrat, sed qđ est auditu horribilius, etiã in angelũ lucis se transfigurat, ut multos laniet, multos deuoret. Interea uero uos etiã atq; etiã p Christũ obtestor, nolite locũ dare deceptiõi, uerũ Christi clarissimis ỽbis adhærete, his immoramini, & ibi mãsionẽ facite. Nolite à mensa dñi ad dęmoniorũ tabulam, à luce ad tenebras, à manna cœlesti & sempiterna, ad panem materialem, à Christo ad Belial, & (ut tandem oĩa simul dicam) nolite à ueritate ad mendacium istorum blandis & subdolis persuasionibus abduci. Atqui

dicetis

dicetis mihi, Ipsi aliter hæc uerba interpretantur. Audio, & id eos facere nihil demiror. Ita em eorũ antecessores omes hæretici fecerũt. Nimirũ id qđ Saducæi & Iudæi in hodiernũ usq; diẽ faciũt, euidentissimeq; p Corinthiorũ infideles de resurrectione, Hymeneum, Alexandrũ, & alios cõprobat. Et id est fratres quod etiam diuus Petrus conqueritur nõnulla difficilia intellectu in epistolis Pauli ab indoctis parumq; firmis detorqueri & deprauari in eorũ perniciẽ. Quamobrẽ recte beatus Paulus ministrũ uerbi diuini desyderat compositũ, qui illud recte & syncere tractet, & fideliter dispenset, seq; multoties ostendit nõ esse ut plęroscp cauponãtes uerbum dei. Manet itaq; firmũ & uerum perpetuo, scripturã sanctã non in litera mortificante, sed in uero intellectu consistere. Si em mortificantẽ literã pro mea libidine, ut isti solent, interpretari mihi liceret, facile comprobarẽ ex Euangelio, non oportere uos calLuce.14 ciamenta portare. Ad eundẽ modum ex Lucę 14. cap. conuincerẽ eum iniquè agere, qui ad prandiũ aut cœnã fratres cognatos aut uicinos diuites inuitaret. Itemq; cogeretur quilibet Christum sequuturus relinquere, domũ, fratres, & sorores &c. Quemadmodũ Luc.22o Anabaptistæ se facere arbitrant. Qui Christi dictũ Lucę 22. reges gentium &c. diu contra spirituales prelatos direxerunt, nunc idẽ telum in seculares magistratus intentãt, etiã illos deuicturi. Quapropter fratres dilectissimi in his Christianæ reip. fluctibus & cõtrouersijs, uobis qui unã sanctã catholicam ecclesiã creditis, nihil consultius & salubrius fuerit, q; cõmunis Christianæ ecclesiæ intellectum sequi, ne longius ab ouili aberrãtes, pda fiatis lupo. In hoc em ouili, ecclesia uidelicet, cuius pastor & caput Christus est, securi habitabitis. Nam ut elegantissime scripsit Apostolus, Ecclesia est colũna & stabilimentũ ueritatis, & penes hanc quidẽ, nõ apud apostatas & perfidos sacerdotes, qui suũ abiurarũt ordinẽ diuina est ueritas. Sed quũ tempus iam sit elapsum, ne ego uos differã lõgius, reseruabo reliqua, & deo opt. max. uolente, in sequenti sermone de Christi & eius ecclesiæ præsidio dicemus. Interim uos p gloriosam resurrectionẽ oratos cupio, ut firmiter aduersus omes diaboli insultus persistatis in fide catholica firmissimi, sine qua ad deum accedere nemo potest, nec poterit unquam

Sermo

Equitis & Martyris habitus ante meridiem.

Militia est uita hois sup terrã, Iob. 7. hodie fratres in Christo dilectissimi, ỹe strenui eqtis S. Georgij festũ celebram⁹, q in Cappadocia sub Diocletiano & Maximiano scue rissimis tyrannis ante mille trecentos annos usq ad extre mũ uitę spiritũ pro Christi noie constanter pugnauit, quẽ ut alios sanctos, catholica mater ecclesia celebrat, eiusq ꝓ fide nostra p̃cla re facta p̃dicat, ut nos illius exẽplo cohortẽ & excitet, q in catho licæ fidei articulis eadẽ animi ꝓmptitudine & cõstantia pgẽtes, p̃ durem⁹ usq in finẽ. Quẽadmodũ em in bello nõ sumi duntaxat impatoris ỹtute, sed etiã Centurionũ exẽplo gregarijs militibus aius addit, Ita suos filios sancta mater ecclesia tã sumi principis et capitis Christi, q̃ sc̃ōrq dei exẽplo excitat, & ne deficiãt hortat. Id q̃ nõ uana supstitiõe cõmota, sed à Paulo magno illo gentiũ do ctore edocta facit. Is em suos Corinthios nõ solũ ut Christi seq̃nt uestigia, quin etiã ut se imitarent, est hortat⁹, dũ ingt, Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Ad quẽ modũ Petrus etiam aduenis sparsim incolẽtib⁹ Pontũ, Galatiã &c. scribit, ut suorq mãdatorq sint memores. Porrò de uita hois, quã militiã eẽ patientis Iob testi monio cõfirmauimus, multæ uarieq gentiliũ fuerũt snię. Illi em bullã q̃ momẽto tpis enascat, simul & euanescat eẽ iudicarũt. Alij ỹo umbrã dixerũt & somniũ. At nõ gentiliũ opiniõib⁹ nos Chri stiani inritemur, uerq scrutabimur (ut dñs nobis p̃cepit) scripturas & inde q̃d de uita hois sentiendũ sit depromemus. Primo itaq Ia cobus uitæ humanæ fragilitatẽ nobis ob oculos posit⁹, uitã no strã uaporẽ esse ait, q ad exiguũ tẽpus apparet, et deinde euanescit. In Esaia ex Psalterio trãscriptũ legimus eã araneę simile esse. Et in sapiẽtię libro uita nostra sicut uestigiũ nubis trãsire dicit. Atq huc quoq ptinet, qđ. s. capite Iob scriptũ reliqt de fugaci uita hois, quã uento & umbrę simile æstimat. Quo circa ca. 7. asseruit uitã hois militiã eẽ sup terrã. Quã diu em uiuimus, lucta nobis est ppetua aduersus carnẽ, mundũ & diabolũ. Vnde fortissim⁹ Christi miles Paulus crebrã illius certaminis mẽtionẽ facit, suũq discipulũ Ti motheũ diligentissime hortat, ut bonũ se Iesu Christi militẽ exhi beat, ut militet bonã militiã, habẽs fidem & bonã cõsciam. Quã

Iob. 7.

1. Cor. 9

2. Cor. 6.

1. Pet. 2

Iacobi. 4.

Iob. 8.

7.

obrē. 2. Timo. 2. neminē coronatū iri asserit nisi eū, q̄ certauerit le-
2. Timo. 2. gitime. Ac de se q̄dē in eiusdē epistolę cap. 4. testificat se certamen
2. Timo. 4. bonū decertasse, cursum cōsummasse & seruasse fidē. In summa de
Coloss. 3. hoc certamīe ad Colossenses, Philip. Ephe. Corin. Heb & alios. A
Philip. 1. 3. postolus multa scribit, nullibi nō eos admonens pugnæ & certa-
Ephes. 5. mīs. Et q̄ pugnarēt felicius, inimicorū multitudinē & potentiā di
Hebr. 3. ligēter ponit ob oculos, q̄ quū à magno gentiū doctore tāta cū di
ligētia facta cernā, & hoc nostro tpe oēs Christifideliū hostes adeo
sæuiāt, ut triplo q̄ antea fuerat, singulorū robur geminatū uideat, fa-
cturū me etiā opæpreciū putaui, si cōtra crudelissimorū hostium
uim, uestros aīos p Christū ad resistendū illis hortatus fuero. Pri-
mū ꝙo intra sua uiscera q̄d gerat homo bellū, longe piculosissimū
habet, & quo feliciter administrato, spes est eū in cæteris non esse
succubiturū. Est aūt hoc præliū quo inter se caro & spiritus acerri-
me pugnant. Nā ut uerissime scripsit Aplūs, caro cōcupiscit aduer
Gala. 5. sus spiritū, & spiritus aduersus carnē, quod etiam in monte oliueti
dūs conq̄rit, spiritū q̄dē promptū, carnē uero infirmā. & rotundis
ꝙbis clarissime depingit ad Rom. Aplūs, dum se aliā legē uidere in
Rom. 7. mēbris suis conq̄rit, rebellantem legi mētis suæ. Deinde Christia-
no gregi alius, & is q̄dem astutissimus hostis diabolus imminet,
1. Pet. 5. quem cōmodo sane epitheto Petrus leonem rugientē appellat, &
contra cuius insidias Paulus q̄ accuratissime munitos nos esse cu-
Ephe. 6. pit. Et ad Ephesios scribēs spiritualia arma exhibet, dū scilicet nos
hortat ut firmiter pduremus induti thoracem iustitiæ, calceati pe-
dibus, ut p̄parati simus ad Euangeliū pacis, galeaq; salutis & spei
accepta, hac q̄dem manu tenentes gladiū, qui est uerbum, illa ꝙo
scutū gestantes fidei, quo possimus oia iacula mali illius ignita ex-
tinguere, uigilantes adhoc cum omni sedulitate & deprecatione.
Et hoc q̄dē Apostolū non sine magna ratione scripsisse putabitis,
si Paulo propius fueritis istius ueteratoris dolos contēplati. Nam
ille contra Michaelē in cœlo pugnauit, & in paradiso primos pa-
Matt. 4. rentes decepit, Christus denicq; in deserto nō fuit securus, quin ab
hoc tentaret. Proinde maiori cum diligētia, illisq; armis ab Aplo
p̄scriptis, & Christi exēplo arcēdus erit hostis callidissimus. Huic
aūt proximus & nō minus terribilis est inimicus, immanis iste de-

quo

quo in Regũ historia, Golias, supb⁹ Philisteus, mundus scꝫ imun- 1. Reg. 17.
dissim⁹, quẽ Ioãnes affirmat totũ in malo cõstitutũ esse. Nã omne 1. Ioan. 5.
qd est in mũdo, cõcupiscẽtia carnis est, ac cõcupiscentia oculoꝝ,
& fastus uitæ. Iã uero siue sub mũdo isto Turcã infestissimũ hostẽ
cõplectaris, siue hũc his supioribus quartũ adnumeres, hoc tamẽ
certũ est, utcũq; uarios & multos sæuos admodũ hostes Christus
& eius ecclesia habeat, tñ à noningẽtis retro annis usq; in pręsentẽ
horã nullũ habuit immitiorẽ, magisq; infestũ q̃ Turcã, q ut lupus
insatiabilis Christi ouile ꝑsequi & spoliare nõ desinit, q tribus im-
ꝑijs Capha, Trapezuntio, & Constantinopoli, & quadraginta re
gnis nõ contẽtus, reliqas Christianitatis, gregẽ illũ ꝑuũ oĩno ex-
tinguere nitit̃. Et faciet sanè, nisi aliter obuiã ei eat̃, atq; hactenus Turcæ cru
itum est. Iã em̃ nobis iteꝝ imminet, & mihi credite, securis ad radi delitas.
cẽ arboꝝ posita est. Proinde cõsulendũ & occurrendũ erit. Si em̃
unq̃ antea, certe in hoc iã negotio ꝑiculũ erit in mora. Quum
itaq; in his comitijs eam ob rẽ conuentũ sit, cõmodum fore ratus
sum, ut primũ q̃ Turcaꝝ origo fuerit dicã, deinde quõ eoꝝ opes
creuerint, & fines sint ãpliati, Postremo q̃ deceat, imò q̃ oporteat
oẽs Christianos spiritualem dei armaturã indutos, omnibus mo-
dis dare operã, quo immanissimus hostis à Christi ouili ecclesia ar
ceat̃. Sic fore existimans, ut diligenter ponderatis ijs, quæ per cru
delissimos hostes gesta sunt, nemo nõ intelligat, quanta mala no-
stris ceruicibus immineãt, et iã sint pręforibus, nisi pœnitentiã de
lictoꝝ agẽtes, ꝑ Christũ, sine quo nulla est iusta uictoria, hosti sce
lestissimo arma obuiã tulerimus. Nũc itaq; unde hostes seuerissi-
mi ducãt originẽ, oĩm primũ dicere incipiã. Tempore Heraclij Turcarum
Impatoris fuit qdã, cui Mahumeto erat nomẽ, q ex Arabia ne, an origo.
ex Persia oriund⁹ fuerit, nõ satis cõptũ ex historijs habemus, Sed
in Arabia illũ nouã quandã fidem instituere, nouaq; religione ho-
minũ aĩos imbuere uoluisse, & eũ esse conatũ, nõ ignorat̃. Ad qd̃ Sergius a
facinus, quãtumuis ĩmane & nephariũ cõmodos sane socios na- postata.
ctus est Sergiũ Apostatã, q in Nestorianoꝝ hęresim erat ꝓlapsus.
Quid em̃ boni unq̃ ab istis Monachis ortũ est, q suã abiurãtes re-
ligionẽ, nouũ uiuẽdi gen⁹ instituũt? Nã q̃nta isti nebulones reip.
Christianæ hoc seculo dãna dederint, testant̃ dissensiones, sectæ,

cõdẽnatę hęreſes,cędes innũeræ,& q̃tidiana p̃lia,qbus inter nos mutuo contẽdim⁹,tandẽ(ni alia ingrediamur) Turcis p̃da futuri. Periculũ e ñ eſt ne multos habeamus noſtro tpe Sergios,q̃ꝛ opa etiã iã eſt effectũ,ut plęriq; iſtis adhęrẽtes,nõ tã curẽt Turcas propulſare,q̃ ſctõꝛ exurere imagines,& oĩa eccleſiæ p̃cepta ludibrio habere. Sed hęc alibi,nunc redeo ad Mahumetũ,q ſceleſtiſſimi ſui ꝓpoſiti ſocios & adiutores p̃iuꝛ monachũ Sergiũ,& Ioannẽ Antiocheum eſt cõſecutus,p q̃s ex lege Moſi,Euãgelio & gẽtium libertate ꝓpriã legẽ,quã Alchoranũ uocãt,Mahumet⁹ cõpoſuit,ſatis q̃dẽ aſtute ex tribus illis,q̃d humanę petulãtię gratiſſimũ erat, decerpens,nimiꝛ ut iucunda,placentia & applauſibilia diuulgãs, plures in ſuã deduceret opinionẽ. Neq; pfecto eũ oĩno ſua fefellit opinio. Breui ẽm magna Arabiæ ps hãc factionẽ ꝓbãs,ad eũ defecit,populus uidelicet inſignis leuitatis,facile quęuis ſibi ĩponere paſſus eſt. Porrò ut eos uarijs impoſturis decepit,lõgum foret hic recenſere,hoc ꝙo nõ p̃termittendũ cenſeo,q̃ inter alia,qb⁹ ſuã factionẽ duraturã putauit,q̃tuor duces,q̃s ipſi ſua lingua Amirosappellãt,cõſtituit,qb⁹ hoc ſolũ negotij dedit,ut ad q̃tuor mundi plagas pro dilatãdis ſui impij finibus indefeſſe pugnarẽt,tãta hoiem ſuæ hæreſios augendæ cupiditas inceſſerat. Tandẽ aũt cũ tertium & trigeſimũ annũ ageret,mortu⁹ eſt,& ſepultus in Mecha,anno à Chriſto nato. 632. totẽ annis fides noſtra catholia iſtoꝛ diabolicã factionẽ antecedit. Proxim⁹ Mahumeti ſucceſſor Ebubacher collectis ſuoꝛ copijs,Sirachem regẽ Perſaꝛ regno eiecit,poſt hũc Hanman ſuæ ditioni Siriã,ac Hieruſalẽ, Meſopotamiã & Cæſariam Palæſtinæ addidit. Quo mortuo, ipij habenas ſuſcepit Othman,is reliquã ptẽ Arabiæ Petreę,deſertę uidelicet & fructiferę,deuicit uſq; ad mare rubrũ, Nec ita multo poſt, Aegyptũ uſq; ad fluuium Euphratẽ occupauit. Deinde Sarraceni(ita ẽm diu appellati ſunt) opibus eoꝛ mire auctis,arma mouerunt cõtra Aphricã, Ciprum,Cilictã,Siracuſas,Rhodũ,& alia cõſinia,qbus ſub ſuũ iugũ coactis,q̃nto potentior breui factus ſit ipſi iudicate. Hæc ẽm oĩa infra tres & uiginti annos acta ſunt. Et ab incarnatiõis dñicę ãno 630. ui inuaſerũt Armeniã uſq; ad Caucaſum mõtem. Poſtea quã Muhamias ĩpandi ſubijſſet mun⁹, is bellũ mouit cõtra Romaniã

& Conſtan

& Constãtinopolin, quã quũ p septẽ annos terra marique cõtinua obsidione p̃meret, tandẽ infecto negocio domũ rediẽs, diẽ suũ obijt. cui⁹ successor Damasceũ, Misiã, quã hodie Sagariã dicũt, et Galachios ui cepit. Lubẽs hic p̃tergredior q̃ Sulemon, Haumar, Gizzid, Eluelid, strenue fecerint, deueniãq; ad Iustiniani ĩperatoris tpa, qñ Turcici imp̃ij summ⁹ moderator fuit Abdurauia, Is ex Numidia & Mauritania in Hispaniã traiecit, totãq; ferè Hispniã, Castilia et Galatia exceptis, in suã ditionẽ redegit, obtinuitq;, ac oĩm lõgissime Granatũ urbẽ populosissimã, donec anno dñi. 1499. Ferdinandus & Isabella Turcã cũ suis iterũ p̃fligarunt. Cæterũ ea, q̃ ab anno dñi septingẽtesimo usq; ad milleſimũ quadringẽtesimũ, gesta sint, plurib⁹ hic persequi cõsilium nõ est. Prius em̃ dies deficeret, q̃ recensenti mihi nimis feliciter à publicis hostibus res gestæ. Adeo, fratres p̃ssimi, impiũ istorũ regnũ creuit in dies singulos. Sic Amurates Othomanorũ Turcarũ rex Thessalonicã, Etoliã, & magnã ptẽ Mirici cepit. Deide plures ciuitates Atticę, Boetię, Phocidis, Achaiæ, Macedoniæ & Græciæ sibi fecit subditas. Nec nõ aliq̃t nobiles insulas, Euboiã, quã Nigropontũ dicũt, Chium, Lesbum, & alias suo ĩpio adiecit. Postremo etiã Apuliã inuasit et Hydrumetũ, Seruiã, atq; alia loca munita, anno dñi. 1464. ui cepit. Hoc etiã mortuo, filius eius Machimetes cognomẽto magn⁹ impandi munus subijt, maiorũ suorũ crudelitatẽ facile superans, minusq; cõtentus iam partis opibus, p Hellespontũ Euxinũ mare iuxta Bosphor traiecit, ibi arcẽ munitissimã exędificauit, ac mox Achaiam, Acarniã, Epirũ, Bulgariã, Seruiã Valachiã, Bosnam, Croatiam, & Hungariã inuasit & diuicit. Ac p̃ter hoc q; Cõstantinopolin, Trapezuntiũ, & Capham in suã potestatẽ redegit, etiã Pontum, Bithiniã, Capadociã, Paphlagoniã, Cilieiã, Panphiliam, Liciam, Cariã, Lidiam, Phrigiã, Peloponesum, duodecim hæc Asię regna occupauit. Adhæc Albaniam, q̃ olim Macedonia diceba tur, Scopiũ Dirachiũ, & multa in Epiro cepit. Insup Assiriorũ & Aegyptiorũ Soldanũ, p̃fligauit & occidit. Quid ẏo hic cõmemorem fratres dilectissimi, ea, quæ crudelissimi hostes inter inexpugnabilem Rhodum & Albam græcã, Petriuoringum, Vlachum, et magnã Croaciæ p̃tem, Hungariam, Rassiam, Walachiã, Dalmas-

CROZER THEOLOGICAL SEMINARY

tiam, Illyricum, & alia Christianitatis regna, dominia, q̃ aut deuicta armis adhuc retinet, aut ui capiẽs, prædamq; auehens, p̃ter terram uacuã, sibiq; præ ætate inutiles hoies, reliduũ fecit. Hæc uero recensere uolui, ut ex istis sequissimũ crudelissimi tyranni propositũ uniuersis Christianis innotescat. Nimirũq; nec cessare uult nec potest, donec sibi reliqas Christianorũ gregẽ (si eũ cum Turcis cõferas) admodũ paruũ, suæ ditioni addat. Necq; eñ obscurũ est, maiorem regnorũ suorũ ptem Christi nomen fuisse professam. In quibus multi sunt, qui abnegata fide Christi, Turcica figmẽta sectant: reliqua uero, et ut spero innumera multitudo nõ aliter sub istius tyranni est ipio, atq; sub Pharaone populus Israeliticus q̃dringẽtos triginta annos seruiuit, aut in Babylone sub Chaldeis septuaginta annos captus extitit. Quid eñ illos magis uotis exoptare creditis q̃ intolerabile iã sub Turca iugũ ferunt, q̃ redemptionẽ? Quid q̃so reliquum, q̃ spem liberationis futuræ habent? Quum itaq; palã impiissimũ istũ Philisteũ statuisse uideatis, nõ sepugnãdi finem facturũ, priusq; uniuersæ terræ dñs efficiat, & ad suum nutum oia ab ortu usq; ad occasum solis pficiant, quum inq̃ istã Turcę perspiciatis firmã sniam, & eius quotidie potẽtiam augeri, qd aliud Christianos decebit principes, q̃ inter se concordiæ studere, & arma cõtra publicum & cõmunẽ oim hostem cõuertere? Gentes suã tam ptinaciter tuent superstitionem, et nos Christiani nostrã religionẽ non modo subuerti, sed una cũ fide radicitus tolli patiemur? Quin igit̃ fratres in Christo dilectissimi, negotij curã arripite, sublata oi mora, crucẽ Iesu Chr̃i dñi nostri, & eius fidẽ ppugnate. confitemi q̃so corã gentib⁹ cũ ýbis tũ reipsa uos eẽ Christianos, clamate ut Israelitę, pugnã cõtra Amalehitas suscipiẽtes, ac more Machabeorum cõtra Antiochũ facite, & cũ Dauid eleuate corda uestra, spiritu & mẽte clamãtes; Exurgat deus & dissipent̃ inimici eius, & fugiant q̃ oderũt eũ à facie eius sicut deficit fumus, deficiant sicut fluit cæra à facie ignis; sic peãt impij à facie dei. Hęc faciẽtes deũq; ponentes spem & uictoriã uestrã, nihil formidate brachiũ carnis, nihil phorrescite inanem mundi supbiã. Vana eñ tunc erunt, & infirma oĩa Turcæ præsidia. Nã dominus æque paucis ac multis uictoriã tribuere potest, & oculus eius ad timentes se, & ad sperantes

Iudicũ. 7.

1. Macha. 2

Psal. 67.

rantes in misericordia eius. Ita Abrahã cum trecentis decẽ & octo Psal.32
uernaculis ingentẽ regum exercitũ diuicit, captiuosq; cũ præda Gen.14
auecta domũ reduxit. Sic domini uirtute. Gedeon cum trecentis Iudic.8
uiris Madianitas percussit. Sic deniq; de nostro confisi unus è uo- & 7.
bis persequet̃ hostiũ mille uiros, quia deus uester, ipse pro uobis Leuit.26
pugnabit. Quinimo libere affirmare poteritis, plures nobiscũ esse 2.paral.20
q̃ cum illis, qd Helisæus 4.Reg.6, à ualido exercitu in Dothaim ob
sessus uerissime dixit. Quãobrẽ principes christianissimi (nũc em̃
uobiscũ loquar) agite, & Christi populũ, quem ille uobis pascen
dum & tuendũ cõmisit, sedulo defendite, et uestros subditos Eze
chiæ oratione consolamini. Ezechias cum in sancta ciuitate Hie- 4.Reg.6.
rusalẽ obsidione à Sẽnaherib premeret̃, his uerbis animũ suis ad
didit, Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis 4.Reg.19
regẽ Assiriorũ, & uniuersã multitudinẽ q̃ est cũ eo, multo em̃ plu
res nobiscũ sunt q̃ cum illo. Cum illo em̃ est brachiũ carneũ, nobi
scum dñs deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro no-
bis. Equidem compertissimũ habemus, eum pro quo dñs pugna
uit, populũ, nunq̃ nec ꝑcussum nec in fugã uersum esse. Quũ em̃
unus dei nostri angelus in nocte una regi Assiriorũ occiderit cen- Esa.38
tum octoginta quinq; milia, Nihil diffidite, manus dñi dei nostri,
nihil facta est breuior, & ne tantillũ quidẽ de eius omnipotẽtia est
diminutũ, potest aũt adhuc (ut semper potuit) omnia, & speranti
bus in misericordia eius, Credentibus in se, per Christum omnia Rom.8
largietur clemens ac benignus pater. Iam uero si deus pro nobis
(ut pro credẽtibus in se est perpetuo) quis obsecro cõtra nos? huc
accedit maxima rebus nostris cõmoditas, quod in Seruia, Bulga-
ria, Bosna &c. permulti sunt qui superioribus annis Turcarum ui
à fide Christiana auulsi, redemptionem expectant, nec aliter no-
strum præstolantur aduentũ, q̃ patres in Limbo Christum expe
ctarũt. Veniant itaq; uobis in mentẽ, principes potentissimi, tot
fideles homines, nobisq; in Christo fratres, qui sub dira tyranni-
de Turcæ incredibiliter torquentur. Etenim nihil tam uos decet,
q̃ captiuoꝝ esse memores. Nam ita eoꝝ recordari nos uult Pau Hebr.13.
lus, tanq̃ unà cũ illis uincti essem⁹, oĩa nimiꝝ cogitãtes & faciẽtis
ad laudẽ dei omnipotentis patris, cuius & illi fuerunt per Christũ

filij,

filiñ, nobisq; fratres, quibus fraternū auxiliū denegare, uidetis opti
nor, q̄ sit impiū & miserabile; præsertim uero iis non succurrere,
qui adhuc fidei adhærentes, assiduis uotis nostrū exoptāt aduen
tum. Quocirca agite, moueat uos aliquādo & cōpueat animos
Psal.78. uestros res illa abiurdissima, quod uenerunt gentes in hæreditatē
dei, polluerunt q; templū sanctū eius, ac Hierusalē posuerūt in po
morū custodiā. Agite igit̄ p̄paremus nos & pergam⁹, impleturi
Psal.118. quod rex Dauid prophetauit, ut adoremus in loco ubi steterūt pe
des eius, hoc est, in terra sancta ad templū & sepulchrū sanctū do
mini. Hęc em̄ uera est militia, quàm fideliter pugnantes nō Ro
manorū more talē aliquā, de quibus Aulus Gellius & alij, coronā
adsequemur, Sed ueram ac nunq̄ interiturā demerebimur, uitæ
scilicet æternę coronā, quę tot tantisq; gēmis & uirtutibus est ex
Esaiæ.64. ornata ut oculus nunq̄ uiderit, auris non audierit, & in cor homi
1. Corin.2 nis non descenderit, quod una cū hac corona abunde cōsequunt
ficiendis antidotis apothecam ingredi, tametſi uerus alioqn ſit me
dicus ampliſſimi illius hoſpitalis uniuerſi mundi. Quis em̃ neſciat

quanta

quanta ab eo uel in terris adhuc agente cæci, muti, surdi, claudi, paralytici, & alij quibuscunq; morbis affecti beneficia acceperint, tñ nemo dñm naturalẽ agnũ, aquã, lapidem, aut chyrurgũ esse dixerit. Porrò ut in istis cõparationibus & similitudinib⁹ agim⁹, ita etiã figuras ueteris testamenti tractare debemus. Quanq; em̃ oia (teste Aplo) in figuris contigerint patribus, tñ umbrã duntaxat obtinebãt futuræ lucis. Quo circa uelũ tẽpli tam diu integrũ p̃mansit, donec Christus oia in luce (ipse em̃ lux uera fuit) rite pficeret. Ideoq; Moses in facie sua uelamen positũ habuit, donec dñs reuelaret sapientiã paruulis, quã prudentes & sapientes nõ agnouerãt. Iã ẏo quis umbrã dicere eã rem audebit, à qua umbra proficiscit? Quõ em̃ umbram Petri aut alterius eũ ipsum hoiem dices, ex quo umbra egreditur? Id quod Aesopus etiã sua de carne fabula comprobat. Quamobrem figuræ non totum, sed signum & demõstratio alicuius futuri fuerunt. Neq; necessario requiritur, ut in minimo quoq; puncto figura cum figurato conueniat. Quod ex his Christi uerbis euidentissime patet. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Hic em̃ quis adeo cõmunis sensus expers esset, ut è Christo serpentem æreum faceret? eumq; quum ad Ezechiæ tempora duraret, confractũ iri diceret? Sufficit enim quoad illam figuram Christum in cruce exaltatum, quemadmudum eum exaltari oportuit, & sic ingredi in gloriam suam, perpetuum futurus antidotum contra uenenosos & uersutos omnium inimicorum morsus, Ac præcipue firmum præsidiũ aduersus sacramentor̃ & imaginũ euersores, q̃ tanto rer̃ sacrar̃ odio flagrãt, ut ante oculos Christi imaginem esse sitam ferre non queant. Quinetiã hoc producemus exemplum, quod Matth. 12. scriptũ habemus, ubi sic ait dominus: Quẽadmodũ Ionas fuit in uentre ceti tribus dieb⁹ & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & trib⁹ noctibus. Hic nõ poterim⁹ affirmare Christũ in Niniuen, quę erat itinere triũ dier̃ ciuitas, abiisse, atq; egressum suo umbraculo in umbra resedisse. Hoc uero nõ imus inficias, dominum Iesum nauim ingressum, & in ea dormiuisse, cum motus magnus fieret in mari. Quod autem dominus missa prius sorte in mare proiectus sit, nullibi inuenitur. Nam

1 Corin. 10

Math. 11.

Nume. 21.

4. Reg. 18.

Mat. 12.

Mat.8 uenti quoq; & mare obediebāt ei. Sed quod ad tēpus triū dierꝝ &
Mar.5 trium noctiū ptinet, id hac figura cōprobat. Vt em̄ Ionas in me-
Luc.8 dio Ceti fuit, & mirabiliter inde clamauit ad dñm, tādēq; diuino
iussu piscis illū euomuit in aridā, Sic etiā Christus tribus dieb⁹ in
medio terræ fuit, hoc est, Hierosolymis, quę in medio habitatę ter-
ræ sita est ciuitas. Atq; per deum, & diuinā suā uirtutē excitatus à
Ioan.10 mortuis, ueluti Ioan. 10. ipse prædixerat, se ponere animā suā, &
iterꝝ sumpturū se eam. Ideoq; & Petrus repletus spū sancto, Israeli-
Act.3 tis Act. 3. confirmat, quod deus Christum suscitauerit à mortuis.
Lu.17 Age uero sumamus etiā illā figurā temporꝝ Noe, quam Chri-
Mat.24 stus Lu.17, extremis temporibus cōparat his uerbis, Sicut factum
est in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis, edebant & bibe-
bant, uxores ducebant, & dabant ad nuptias usq; in diē, qua intra-
uit Noe in arcā, & uenit diluuiū & perdidit omnes. Similiter sicut
factū est in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & uende-
bant, plantabāt & ędificabāt, qua die autē exijt Loth à Sodomis,
pluit ignem & sulphur de cœlo, & perdidit omnes. Secundū hæc
Lu.12 erit, qua die filius hominis reuelabit. Atq; hoc quidē in eum finē
Math.24 indicat ut uigilemus præcincti, expectantes quando dñs ueniat,
Mar.13 recordemurq; horā esse incertā, at filium hominis certo uenturū,
malis iustum & ptimescendū iudicē. Alioquin enim arcus in nu-
2.Pet.3 bibus cœli collocatus est, & ignis purgans ueniet. Et quemadmo-
dum scriptū est, Sol stabit in orientę, & Luna in occidente, et erūt
Gen.22 dies perpetuæ. Quid hic cōmemorē figurā, de qua Genes. 22. Vbi
Abrahā unigenitū & dilectū filium obtulit, iam lignis apparatis
illum iugulaturus, ni uoce angeli præuentus, arietem è uepribus
protraxisset. Quanq; autē hanc Christi dñi offerendi in ara crucis
figurā fuisse nō ambigimus, tamen dominū deum manū exten-
disse & arripuisse gladiū, ac ictū ab angelo interceptū esse nō asse-
rimus. Prætergredior hic etiā hystoriā Ioseph, quam Christi uen-
Gen.37 diti figurā fuisse nō dubitamus. Licet Ioseph uiginti duntaxat ar-
genteis mercatoribus Ismahelitis & Madianitis sit uēditus, Chris-
Math.26 tus autē triginta argenteis à Iuda diuenditus existat. Magna hy-
storiarꝝ esset copia fratres charissimi, qbus idē probarē. Sed mihi
sufficit illis exēplis uobis ostensum esse, non necessario requiri, ut

figura

figura omnino in omnibus punctis uerbis & proprietatibus cor-
respondeat rei figuratæ. Quũ itaq; Melchisedech sacerdos, & ut Gen. 14
scriptura testat, sacerdos altissimi fuerit, atq; ut sacerdos benedixe
rit, sicq; obtulerit panẽ & uinũ. Quũ denicq; mirabile ei⁹ sacerdo
tiũ in ęternũ secundũ ordinẽ Melchisedech (ueluti expresse consi
tet, ꝓpheta) manere & durare debeat, atq; tales quidẽ huius ꝓpe- Psal. 109
tui sacerdotij p̃ces, benedictiones, & oblationes nõ nisi in hoc sa-
cramento inueniant, quõ q̃so hoc sacramentũ sacrificiũ esse nega
bimus? quũ ꝟba ꝓphetæ sint clarissima per se, deinde ea sic una-
nimiter omnes sancti doctores, Augustinus, Chrysostomus, Ori
genes, Cyrillus, Cyprianus, Gregorius Nazianzenus, Basilius
Magnus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius magnus, Theo-
phylactus, Tertullianus, Ignatius, & alij intellexerint, tenuerint,
ædítisq; libris sancti prophetæ uerba sic interpretata posteritati re
liq̃rint. Porro in hoc uenerabili altaris sacramento ꝓ pane & uino
accipim⁹ nos speciẽ panis & uini, & nõ materialẽ, manuq; pisto-
ris coctũ panẽ, ut per se fuit, at post consecrationẽ & bñdictionẽ
amplius nõ est. Quappter manet adhuc firmũ & rectũ sacerdotiũ
illud Melchisedech cũ suo ordine, quẽ post se summ⁹ ille sacerdos
Christus primis à se ordinatis sacerdotib⁹ apostolis, & eorq; succes- Aharonis
soribus p̃scriptũ reliqt, & eum qdẽ ordinẽ nõ secundũ ritũ Aha- abrogatũ
ronis, nã Aharonis sacerdotiũ una cũ lege translatũ & abrogatũ sacerdotiũ.
est, & in eius locũ surrogatũ est sacerdotiũ & ordo Melchisedech.
Habet aũt illud Melchisedech sacerdotiũ, gratiarũ actionẽ, bñdi- Psal. 109
ctionẽ, ritũ, aldibrothi uerbũ, qđ Septuaginta uerterũt, τὴν τάξιν,
& noster interpres secundum ordinẽ reddidit. Neq; uero temere
excogitatũ ordinẽ, sed quẽ Christus in nouissima cœna instituit,
eum nobile hoc sacerdotiũ habet, eiusq; rei testes omni exceptio Math. 26
ne maiores sunt, Matthæus, Marcus, Lucas, & Paulus, q̃ expres Mar. 14
sis uerbis hunc descripserũt. Ille itaq; ordo manebit, manebit inq̃, Luc. 22
inuitis etiã oĩbus hæreticis. Nã dñs (quẽ ad modũ Dauid in spũ 1. Cor. 11
locutus est) iurauit & nõ pœnitebit eũ, uerbũ em̃ suũ & testamen Psal. 109
tum suũ non faciet irritũ. Atq; hoc sanè uerbũ adeo magnũ, adeo Math. 22
excellens est, ut Christus (ueluti Euãgelica hystoria asserit) nõ de Mar. 12
Dauid, sed de semet Christo illũ psalmũ intelligi uoluerit. Iam ꝟo Lu. 20
dilectis Psal. 131

dilectissimi, quēadmodū dñs deus iurauit Dauid & semini eius,
Luc.1 & iurauit ỹitatē, quēadmodū Abraæ iurauit, ueluti in suo cātico
Zacharias cōfitet, & id qdē p se ipm, quū p quē maiorē iuret nul
Hebr.6 lū dñs habeat. Quēadmodū inq̄, his iurauit, et seruauit iurata fide
liter, Ita etiā Christo dño nostro iurauit, & nō pœnitebit eum. Ni
mirꝝ q̄ Christus maneat sacerdos in æternū, secundū ordinē Mel
chisedech. Et hic ordo manebit in ecclesia dei usq̄ ad illud tēpus,
q̄ Danielis pphetia implebit. Atqui sunt hic qdā, q se illaqueādi
Gen.14 materiā q̄rentes, asserere nō dubitāt, quū de Melchisedech legat,
eū chohen fuisse, qd etiā ſignificet pfectū, uel in officio cōstitutū,
Atq̄ adeo figurā illius parū p firmando nostro sacerdotio facere.
Ecce aūt hoim ỹsutiā, quāta excogitēt, & q̄ friuolis innitant. Sed
Ibidem q̄rem⁹ ab illis qd nā illi⁹ fuerit officiū, aut cui⁹ officialis extiterit:
Eqdē res mirabilis esset, si Melchisedech Gen.14. officialis fuisse di
ceret dei altissimi, oporteret em nos ostēdere cui officio pfuisset,
magister ne curiæ, an q̄stor, aut talis aliquis fuisset. Sed nugæ sunt
meræ, quas belli hoies excogitant, ne o ino tacuisse uideant, siq̄dē
uox Chohen Hebraice sacerdotē ſignificat, unde Chohen gædol,
sacerdos magnus dicit, idq̄ Septuaginta exploratū habētes, pro
Chohen passim ỹterūt ἱερεύς qd etiā interp̄tat sacerdos. p̄terea &
Hebr.5.6. Apls ad Hebr. 5. 6. 7. cap. Melchisedech uocat ἱερέα. i. sacerdotē.
& 7.cap. Quāobrē Melchisedech ab Abrā decimas accepit, & scdm ordi
Gen.14 nē et cōsuetudinē sacerdotis Abrę bndixit. Qua de re beat⁹ Hiero
Hebr 7 nym⁹ nostræ sentētię exists ad Euagriū scribit, et in libro hebrai
carꝝ q̄stionū pulchre disputat. Porro aūt scdo nobis impñ isti Ca
pharnaitæ et sacramentorū euersores obñciūt, Paulū ad Hebr. 9.
Hebr.9 scribere, Chrm semel oblatū esse, ut mltorꝝ pcta tolleret, unde colli
gūt isti, si semel Christus oblat⁹ sit, fiere nō posse ut iterꝝ offerat.
Proinde ut istorꝝ falsā eē opinionē clari⁹ cō uincā, duo agā potissm
mū, et primū qdē cōtra istos in Aglone, unde nostro hoc seclo du
cit originē o me malū, uehemēter cōq̄ror, eosq̄ ut sedicioſos et p̄
petuos canes tartareos accuso, q̄ qbusdā aplis dei, ueluti Paulo et
Iacobo nō aliter utunt, q̄ est in puerbio, furē sicubi eo opus habeas
de patibulo deponendū, et suspendendū denuo, posti q̄ eo satisfue
ris usus. Ita em isti falsarij Epistolis Pauli et Iacobi utunt, sepius ędi

tis libris

tis libris affirmarunt, epistolã ad Hebr. nõ esse Pauli, eamq; Pauli phrasim nõ redolere. Ideo pręter priorẽ & uetustiorẽ librorꝫ noui testamenti ordinẽ, ipsi illã ad Hebręos à cæteris Pauli epistolis segregantes inter Pauli epl'as & eã quæ ad Hebr. scripta est, Petri duas, & sancti Ioannis unã collocarũt. Quæ quũ ita sint, quis non uidet, uel eo ipso, qđ ipsimet epistolã ad Hebr. nõ acceptãt, ac Pauli esse eã negãt, me nõ teneri ad ullũ istorꝫ argumentũ ex illa depmptũ respondere. Cæterũ de Iacobi epistola nõ dubitant temerarij homines blasphemas uoces spargere in uulgꝰ, eam stramineã epistolã appellare. Sed nõ sic ó impij, uerbũ em dñi malleus est conterens petrã. Quappter stabit, et stabit quidẽ ad oĩa istorũ stramine a argumẽta immotũ. quem enim uel parũ cõfirmatũ in sancta nostra fide istorꝫ cõmenta mouerẽt? qui tam stramineis cum telis firmissimã ueritatis columnã ecclesiam expugnatũ ueniũt. Quoniam uero propter dictionẽ semel in cautis ipsi ut sunt astutissimi possent fortasse imponere, ideo nos semel cum alio semel cõpensabimus, & confidenter quidẽ totã ad Hebræos epistolã (si ppius introspiciat) de uisibili oblatione corporis & sanguinis Iesu Christi loq asserimus, quẽadmodũ tota dñica passio, ut sudor in mõte oliueti, ipsa flagellatio, coronæ impositio, crucifixio &c. aperte cõprobãt. atq; hinc fit, ut toties sanguis sacrificiorꝫ ueterũ testamẽti in hac epistola tangat & introducat, ueluti. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 10. cap. iam dictæ epistolæ cuiuis uidere licet. Ideoq; dicit, per ppriũ sanguinẽ ingressus est semel in sancta &c. Cui subscribit etiã Paulꝰ ad Ro. 6. his uerbis, Christus excitatus est à mortuis, non amplius moritur, mors illi amplius nõ dominabitur, nã qđ mortuus fuit, pctõ mortuus fuit semel, qđ autẽ uiuit, uiuit deo. In eandẽ pterea sententiã beatus Petrus scripsit, Christꝰ semel pro pctis nostris passus fuit, iustus pro iniustis, ut nos adduceret deo, mortificatus qdẽ carne, sed uiuificatus spũ. Ex qbus oĩbus scripturæ testimonijs cõphat. Christũ semel passum, mortuũ, & in cruce oblatũ, oblatus est aũt quia ipse uoluit. Et hac quidẽ forma nõ offert iterꝫ, nec unq offeret, tametsi em anabaptistæ Origenica cõsuetudine asserãt Christum denuo natum iri & esse passurꝫ, ut diabolos liberet. Tamen male hoc isti affirmant, &, ut solent anabaptistę scripturis sanctis

Hierem. 23

Hebr. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 10

Rom. 6

1. Pet. 3

Esa. 53

hic

hic quoq; reluctant̃. Potrò de hoc semel scribit Apls, nimirꝝ semel id om̃e esse impletũ. Quod aũt propterea altaris sacramentũ non sit sacrificiũ, id ex illo Pauli dicto non cõprobat̃. Manet itaq; firma ueritatis columna ecclesia, depulsisq; om̃ibus ignitis ꝟsuti diaboli telis, salua, integra apud om̃es pios stat sn̄ia, honorabile altaris sacramentũ iuge esse & acceptũ deo sacrificiũ. Cuius sn̄iæ non ego tm̃, sed oẽs sancti patres ante multa secula fuerunt, quorꝝ sn̄ia nõ in ancipiti dubio situm, sed firmũ & certũ fuit ab Apostolorꝝ tempore usq; ad hoc nostrũ periculosissimũ seculum, quo tãdem Lutherus hęresiũ multarꝝ excogitator, & iã dudũ condemnatarꝝ patronus ꝑtinacissimus, etiã cõtra hoc sacramentũ arma sumpsit.

Psal. 109 Et licet in Psal. 109. scribens expresse confiteat̃, hoc sacramẽtum ꝑ uniuersam ecclesiam sacrificium esse, tñ ne nõ sibi satis contradicere uideret̃, nũc sacrificiũ esse negat. Iam uos fratres in Christo charissimi, utrꝝ sit melius expendite, sequi ne concordẽ & unanimem totius ecclesiæ de hoc sacramento sn̄iam, uel Lutheri recens excogitatã tueri opinionẽ? Equidẽ num liceat à Christiana ecclesia tã leuiter deficere, & priuati hominis sequi somnia uobis tacite apud uos consyderandum relinquo.

SERMO DECIMVS QVARTVS.

Psal. 36. Prou. 16. Rom. 8. Gene. 39 Psal. 1.

CRedere op. acced. ad deũ Heb. 11. Re ipsa cõpior fratres dilectiss. dñm esse ducem uiæ & dirigere gressus uiri, quẽadmodũ Dauid & Salomon testificant̃. Cui⁹ em̃ curã agit dñs, illi oĩa coopant̃ in bonũ. Sic, ut scriptura asserit, qa dñs erat cum Ioseph, cuncta illi prospe successerũt. Nã dñs oĩa dirigebat in manu ipsius. Et hinc est quod in Psalmo scriptũ de beato uiro legimus, ꝙ foliũ eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet prosperabunt̃ Sic deniq; in his sermonibus de honorabili altaris sacramẽto nobis usuuenit. Quãdoqdẽ dñs existẽs in medio nostri, & nobiscũ ãbulãs, nõ desinit iuxta sanctę ecclię institutionẽ ꝓferre Euãgelia, q̃ huic nostro ꝓposito unice deseruiũt. Qd cũ ex supioribus facile intellexistis, tũ ꝟo in hodierno illo sermone, longe apertissime uidebitis. Ex eo namq; Euangelio, quod hodierno die unca Christi sponsa ecclesia nobis exhibet, multa, firmaque

contra

cõtra ſacramẽtorũ euerſores pl̃idia colligere poſſumꝰ. Primo itaq; quũ Chriſtus etiã deus ſit, & pro deo credi uelit ac debeat, nemi opinor erit dubiũ, eũ etiam eſſe oĩpotentẽ, ut deũ patrẽ oĩpotentem cõfitemur. Quod ſi Chriſti oĩpotentiã non diffitemur, quę (malũ) ueſania eſt, q̃ omnipotentiã eius nõ imus inficias, et tñ quę in ſacramento diuina illius ỽtute fiunt miracula impoſſibilia arbitramur? Adeſt p̃terea illud Veniam, quo diſcipulis promiſit ſe eſſe uenturũ, & acceptuũ illos ad ſe ipſum, ut ubi ipſe ſit, etiã illi ſecum ſint, unde quis germanus Apoſtolici illius dicti ſit intelle- ctus facile patebit. Nimirũ apoſtolus Corinthiis ſcribit, Quotieſ- cunq; comederitis panem hunc, & de calice biberitis, mortem dñi annuncietis donec uenerit, innuens uidelicet hoc ſacramentũ fa- ciendũ & ſumendum eſſe donec unũquenq; ad ſe uocauerit dñs. Ita eĩ pollicitꝰ eſt ſe nos aſſumpturũ eſſe ad ſe ipſum. Porrò quod ſeq̃ Chriſtũ eſſe uiam, ỽitatem, & uitam, quid iam amplius ex- pectamus? quid diu noſtræ rationi innitimur? Chriſtus ſe ỽitatẽ eſſe affirmat, & hoc pie oẽs credimus. Credamus itaq; qđ ueritas ipſa de hoc uenerabili ſacramẽto Ioan. 6. eſt locuta, & agnoſcamꝰ ỽa eſſe, quę penes hoc ſacramentũ nobis eſt pollicita, quo de ſacri ficio huius ſacramenti, & ſacris faciendis ſupra diſputauimꝰ. Atq; in hoc Euangelio cõgruo ſanè ordine ſex Facere à Chriſto expri- munt̃, placet eã materiã altius repetendo pluribus proſeq, ut intel ligat̃ qđ in ſcripturis facere ſignificet. In hoc igit̃ Euangelio Chri- ſtus ait: Pater in me manens ipſe facit opa. Et paulo inferius iterũ ſubijcit, Amen amen dico uobis, q̃ credit in me, opa quę ego facio & ipſe faciet, & maiora his faciet. Et quicqđ petieritis in noĩe meo hoc faciam. Item ſi quid petieritis per nomen meum, ego faciam. Quum itaq; in hoc Euangelio toties repetat̃ uerbũ facere, & Lu- cas atq; Paulus penes hoc uenerabile altaris ſacramentũ Chriſtum dixiſſe ſcribant, hoc facite, nõ abs re fore arbitratus ſum, ſi diligen- tius illius uerbi uim & uirtutẽ diſcuſſero. Neq; enim obſcuũ eſt, quanto cũ damno publico iſti errent, qui temere uix uiſa, nedum põderata ſcriptura, ſuas opiniões mordicus tuent̃. Principio itaq; facere in ſcriptura ſtricte acceptũ fieri aliquid ſignificat. Et ita fecit deus firmamentũ, duo luminaria magna, hoĩem ad imaginem et

Ioan 14.

1. Cor. 11.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Lucæ. 22

1. Cor. xi

 ſimilitu

Gene.2. similitudinem suã, mulierẽ ẏo adiutoriũ. Sic etiã Moses tabernaEXO.36 37. culum, Solomon templũ, Sic dñs (ut Hester.3. legimus) cęlũ & ter
38. ram fecit, & qcqd cęli ambitu cõtinet, sic denicꝫ Christus multa si3.Reg.7. gna & miracula fecit. Oia em̃, ut euangelica testat̃ historia, bene
Hest.13. fecit, surdos audire, mutos loqui, ambulare claudos &c. Postremo
Mar.7. circa huius sacramenti institutionẽ discipulis iussit ut facerẽt hoc,
Eccle.35. &c. quod non tam illis duodecim, q̃ alijs dictũ esse uoluit dñs, Cũ
1.Cor.11 Paulus licet in hac cœna non fuerit, tm̃ idem Corinthijs faciendũ cõmiserit. Iam uero qđ in ueteri deus, & in nouo testamento Christus prȩcepit ut fieret, id om̃e factum esse nemo negare potest. Sũt
EXO.14. em̃ innumera scripturæ exẽpla, quibus illud cõprobat̃. Moses di
uino iussu uirgam super mare extendens, diuisit aquas ut starent
EXO.17. quasi murus à dextra & leua. Ad uerbum dñi Moses petrã uirga
Nume.20. percussit, & mox inde exiuit aqua, qua tam populus q̃ iumenta re
Iosue.6. focillabant̃. Verbo etiã dñi muri Hiericho collapsi, & tota ciuitas est desolata. Nam nihil unq̃ tam magnum, difficile, inauditumcꝫ fuisse in ueteri testamento legimus, quod ad iussum dei non sit fa
Mat.10. ctum. Porrò in nouo testamento Mat.10. & Lucę.10. quũ Christꝰ
Lucæ.10 discipulos regnũ cęlorꝫ prædicatum mitteret, simul illis cõmisit, ut infirmos sanarent, leprosos mundarent, mortuos suscitarent, dæmoniacꝫ ejicerent, quæ quũ oia ab Apostolis facta esse nemo dubitat, & Christus in omnibus uerax inueniat̃, intelligitis, opinor, æternam ueritatem circa hoc sacramẽtum minime mendacẽ esse futurã. Christꝰ ex pñtis ẏbis dixit, hoc facite, atcꝫ i hodierno euãgelio in se credẽtibꝰ ꝓmittit, illos opa q̃ ipse fecit facturos, & maiora his facturos. Qđ si Christus, q ipsa est ẏtas, mẽtiri nec uoluit nec potuit, cedãt tandẽ obstinati & proterui hoẽs deo, fateant̃ se imbecilliores, q̃ qui diuinã dei maiestatẽ scrutari queãt. Intelligãt qñ, ut
Psal.61.115 Psalmꝰ habet, ipsi mẽdaces sint, se Christi ẏtatẽ suis nugis oppri
mere nõ posse, Et tot Christi miraculis docti, eius agnoscãt oipotentiã, & dictorꝫ illius ẏtatem, adeocꝫ firmiter illius ẏbo adhæ
Lucæ.1. reant, ut apud Christũ nõ impossibile esse om̃e ẏbũ confiteantur. Qđ cũ fecerint, nõ tm̃ illa q̃ de sacramento dicta sunt, ẏa esse dẽphendent, sed fide cõfirmati credent, si Christo placuisset ut singulis diebus nouum solem, & singulis noctibus nouã lunã faceremus,

uel si ma..

uel si maius qddã à nobis fieri uoluisset, quod id om̃e longe facilli mũ esset. Maior em̃ & multo potentior dei uirtus est & maiestas, q̃ res ulla esse possit. Quapptęr dilectissimi in Christo, non qd̃ exiguis nostræ ratiõis uiribus dep̃hendere possimus, sed qd oĩpotẽs pater & dn̄s possit circa hoc sacramentũ consyderate. Cæteꝝ ꝙ res magna, & sacerdos fortasse nõ optimus uidet̃, id aĩos uestros ne tãtillũ qdẽ moueat. Postq̃ em̃ ut aliqd fiat dn̄o deo placuerit, nihil refert bonus ne an malus sit ille, ꝑ quẽ dei uoluntas exeqt̃. Cui⁹ rei testimoniũ historia Iob ꝑhibet. Principio em̃ bona & liberos Iob in manus sathanæ dn̄s tradidit, unde Iob uno eodẽq; ferè momento amisit septem millia ouiũ, tria millia cameloꝝ, quingenta iuga boum, quingentas Asinas, septẽ filios & tres filias, deinde etiã obtenta corpus affligendi authoritate, qa aĩam seruare à deo erat iussus, corpus qdẽ miris modis afflixit, aĩam uero, ꝙ pręcepto dei obtẽpare cogebat̃, nõ attigit. Quinetiã ne magnũ aliqd à malis fieri posse dubites, huc refer q̃ apud Marcũ scripta sunt de spiritibus immũdis, qui Christo ꝑmittente in porcos ingressi sunt. Et ꝙ Iudas nõ minora cæteris Apl'is signa edidit. Quãobrem depulsis istis tẽtationibus, uerba Christi, hoc facite, ob oculos ponite. Per hæc em̃ discipulis hoc sacramentũ faciendi potestas data est, nõ aliter atq; dimittendi & retinendi peccata ptãtem accepũt, q̃ primũ ex Christo audiuerũt Apl'i, accipite spũm sanctũ, quorũcunq; remiseritis peccata remittunt̃ eis, quorũcunq; retinueritis, retẽta sunt. Et hęc qdẽ de prima ꝟbi Facere significatiõe, q̃ de integro parare & formare aliqd sonat, à nobis dicta sufficiant. Nũc ad secundam descẽdemus. Est em̃ alia illius uerbi significatio, q̃ plus in se actionis & expeditiõis habere uidet̃, & ita popl's Exo. 24. rn̄det, Oĩa ꝟba dn̄i q̃ locut⁹ est faciem⁹. Ac dn̄s Deut. 12. qd̃ p̃cipio tibi, hoc tm̃ facito. Sic Iudic. 17. unusqsq; qd̃ sibi rectũ uidebat̃, hoc faciebat. Et ita rex Dauid scribit in Psal. Recede à malo & fac bonũ. Sed qd multis est opus, cũ ex noui testamenti aliq̃t locis longe clarius illius ꝟbi dep̃hendat̃ significatio, ubi dignos pn̄iæ fructus facere iubemur, ubi nõ nuda ꝟba, sed bona opa à nobis efflagitãt̃. Nã ille sup petrã ędificare dicit̃, q docet & facit. Quare & dn̄s ea nos facere iubet hoĩb⁹ q̃ nobis ab his fieri cupiamus. Et seruanda ac facienda p̃cepit oĩa

Iob. 1.
Mat. 8
Marc. 5.
Lucæ. 8.
Lucæ. 22.
Ioan. 20
Exo 24.
Deut. 12.
Iudicũ. 17.
Psal. 36.
Lucæ. 3.
Mat. 3.
Mat. 7.

Math.23 quæ in cathedra Moysi sedentes iusserint. Factis enim & fructib⁹ fidē nostrā nos declarare, non insanis clamoribus plebē exagitare
Lucæ 10 uoluit Christus. propterea illi dicit, hoc fac & uiues. & apud Lucā suos hortat, ut quū fecerint oīa quę præcepta sunt eis, dicāt, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Huic adde qđ
1.Cor. 10 suis Corinthijs scribit Apostolus, nimirꝝ ut siue edant, siue bibāt,
Apoc. 2 siue quid faciant, omnia in gloriam dei faciant. Et in Apocalypsi
Rom. 2 prima opera facienda legimus. Quāobrē rectissime ad Romanos Apost⁹, nō auditores, sed factores legis scribit iustificari, pinde
Iacobi. 1 factores uerbi & nō auditores tātū nos esse iubet Iacobus. Et uniuersa scriptura tam facere q̄ audire, & credere à nobis requirit. Sic etiā honorabile altaris sacramentū nos facere iussit dns. Mensæ enim dñi participantes talē rem facimus, quæ memoria est, & uiua recordatio amarissimæ passionis Christi. Quemadmodū ipse
Lu. 22 nobis cōmisit ut hoc faciamus in sui recordationē. Cæterꝝ facere
1. Cor. 11 etiā offerre sępissime significat. Idcꝝ non unius duntaxat, sed triū
Facio pro offero. linguarū, latinæ, græcę, & hebræorū sanctissimę linguæ infinitis testimonijs cōprobare possumus. Siquidē latinus ille Homerus Virgilius, qui poetarꝝ nō immerito doctissimus dicit, sic cecinit, Quū faciam uitula pro frugibus ipse uenito. Et Theocritus ille latinitate donatus, Quū facies agnū nymphas ueneratus agrestes. Quin etiā Plautus, quē sanctus Augustinus auriloquum poetam uocat, hac significatione illo uerbo facere usus est. Sed age nō gentilium innitemur testimonijs, tametsi nec istorū quidē testimoniū ad cōmunis sermonis proprietatē cognoscendā infirmū cen-
Ioan. 5 seri possit, tamen quas Christus scrutari iussit scripturas, eas sume-
Math. 13 mus in manus, & inde noua & uetera depromentes lucę meridiana clarioribus dictis cōfirmabimus etiā in scripturis sanctis facere pro sacrificare esse usurpatū, scripturisq; sc3 sanctis hæreticorꝝ ora obturantes, cęteros fideles in doctrina sana exhortabimur. Princi-
Leuit. 23. pio itaq; (cur em̄ nō à legis testimonio sumerē inicium) Leuit. 23. scriptū habemus, Et facietis hircū pro peccatis, quod facietis si nō pro offeretis isti nugatores interpretabunt, quid aliud significare debeat significent? Et in hac quidem significatione, uerbo facere
Ezech. 45 usus est Ezechiel propheta, qui cap. 45. expressis uerbis scripsit, Et

septem

faciet septē uitulos & septē arietes. Itē. 46. iterꝙ agnū anni īmaculatū faciet. Iudicū. 13. Manue. angelo dicit, faciamus tibi hedū de capris. Ex qb⁹ oīb⁹ facile itelligitis nō eā scripturę mentē fuisse ut ab hoīb⁹ gignerent̄ ac fierēt hirci, arietes, uituli, agni, hędi, capræ, & his similia aīantia bruta, Sed ut illa offerrent̄ ab hominibus domino deo. Sic em̄ de Salomone. 3. Reg. 8. scriptū habemus: Fecit Solomon holocaustā & adipem pacificorꝝ. Sic denicꝙ in nouo Testamento Lucas uerbo facere usus est, dum Ioseph & Mariā puerꝝ attulisse in templū scribit, ut facerent. i. offerrēt secundū consuetudinem. Insuper rex Dauid ex hoc ipso sacramento loquens in lib. Psalmorꝝ eodē uerbo facere utit̄. Ait em̄: Fecit memoriā mirabiliū suorꝝ, mesericors & miserator dns, escā dedit timētibus se. Hęc tam aperta scripturarꝝ testimonia sanctis patribus occasionē dederūt, cur hoc sacramentū esse sacrificiū dicerent. Illi em̄ non quouis doctrinæ uento impulsi, nō cuiuslibet opinionē moti, sed scripturā ꝓpius introspicientes, et syncerꝝ ab Aplis (q̄rꝝ tpa plericꝙ attigerūt) intellectū hauriētes, cōcorditer affirmāt altaris sacramentū sacrificiū esse. Hinc est fratres dilectissimi, q̄ S. Dionysius hoc sacramentū sacrificiū sacrificiorꝝ appellat. Atcꝙ illo q̄dē noie diuinū altaris sacramentū uocarūt S. Andreas, & S. martyr Laurentius, q̄añ mille ducētos annos hoc itē noie illud dignati sunt. S. martyr Ignatius q̄ Ioānis Euāgelistę discipulus fuit, Et Ireneus, q̄ discipuli Ioannis auditor fuit & sectator extitit, illi, inq̄, ante mille quadringētos annos diuinū & cęleste altaris sacramentū sacrificiū esse docuerunt. In q̄rꝝ sntia Tertullian⁹, ac sanctus martyr Ciprianus ante mille ducentes annos fuerunt. Siquidem Ciprianus ferè centum locis exꝑsse illud sacrificum nominat. Idem denicꝙ omnes sancti, & præcipue sacrarum scripturarum interpretes faciunt. uidelicet Athanasius, Chrysostomus, Cyrillus, Origenes, Augustin⁹, Ambrosius, Hictonym⁹, Theophilactus, qui oēs uno ore & cōstātissime sacramentū altaris sacrificiū esse affirmāt. Atcꝙ hinc est fratres dilectissimi hoc sacrificiū recepto sanè & antiq̄ uocabulo missam dicimus. Est em̄ Missah nomē hebraicū, quod nobis oblationē significat, quēadmodū Mosi dicto Deut. 16. cōprobat̄. Quū itacꝙ charissimi in Christo exꝑsis scripturę sanctę testimonijs ꝟbū facere etiā ꝟbi offerre

Luce. 2.

Psal. 110.

Deu. 16.

offerre & sacrificare uim habere intelligatis, & sancti Christianę ecclię doctores ab Aplorꝝ tpe p tot sęcula tenuerint, & docuerīt hoc sacramentū sacrificiū esse, idq; nois ipsius ἐτυμον rep̄sentet, Christianæ ecclesiæ diuturna cōsuetudo cōfirmet, qd q̄so amplius desyderam⁹? Maior ne apud nos q̄rundā nugatorꝝ erūt cōmēta, q̄ sctē ecclesię autoritas? Ecclesię ꝓmisit dn̄s ip̄m sctm̄, q eā doceat, regat
Ioan. 14. et cū ea maneat in ęternū. Istis v̄o errorꝝ excogitatorib⁹ dixit de⁹. Quare uos assumpsistis testamentū meū p os ur̄m. Iā uos expēdite utꝝ sit melius, seq ne hęreticorꝝ inter se diuisas opiniones, an ecclesiæ, q̄ sui sponsi Christi sp̄ū gubernat̄, cōcordē & scripturę conformē doctrinā. Eqdē ego in sinu ecclesię nobis manēdū uehemēter censeo, ne errorꝝ fluctib⁹ opp̄ssi, extra peam⁹. Quāobrē charis. manete & ꝑseuerate in sinu sanctæ matris ecclesiæ, & uerā de honorabili altaris sacramēto sniam fideliter retinete, Vcꝫ indubitāter credētes in hoc sacramēto adesse v̄ū Christi corpus, eiusq; p̄ciosissimū sanguinē. Quēadmodū ab Apostolis edocti sctī patres crediderūt, & nos posteros cū sctā matre ecclesia credere uoluerūt. quorꝝq; doctrina uarijs multisq; diaboli technis īpetita, immota tn̄ & firma per tot secula ꝑmansit. Cum q̄ ut firmiter perseuerem⁹ usq; in finem, faxit deus, ex quo, in quo, & per quem sunt oīa, cui honor, laus, & gloria in secula seculorum, Amen.

SERMO IN DIE CORPORIS CHRISTI Pragæ Habitus.

1. Para. 15. CVm intrasset archa domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, uidit regem Dauid subsilientem & saltantē coram domino, atq; despexit eū
Exodi. 25. in corde suo. Porrò qn̄ arca dn̄i, & quō facta sit Moses ille seru⁹ dei clariss. describit Exo. 25. q̄primū em̄ de⁹ populo suo electo p̄cepta uiuēdi & se colendi religionē tradidit, mox Mosi p̄cepit ut arcam de lignis Setim cōpingeret, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitū & dimidiū, altitudo cubitū similiter & semissem. Et hanc qdē deaurandā cōmisit dn̄s auro mūdissimo int⁹ & foris. Ad hęc Mosen iussit supra illā facere coronā aureā p circuitū, & quatuor circulos aureos. Atq; ad hui⁹ arcę latus Moses postea sephær hathorah libꝝ legis posuit, sed ī arcā

tria duntaxat

tria dũtaxat puenerũt, primũ duæ tabulæ Moſi, de qbus Deut. 10. Deu.10
uirga Aharonis, & urna aurea, in q̃ manna, panis ille cœleſtis erat
repoſitus. Exodi eñ 16. legimus, dñm p̃cepiſſe Moſi, ut ſumeret Exod.16
tras unũ, & Man imponeret quantũ capere poſſet gomor, illudq;
reponeret corã dño ſeruandũ in generationes, ut cognoſceret q̃
pane deus populũ ſuũ in deſerto quadraginta annos aluiſſet. Fuit
autẽ hæc urna aurea quẽadmodũ ad Hebr. teſtat Apls, in ipſa ar- Hebr.9
ca teſtamẽti. Poſt multos aũt annos arca teſtamẽti deuictis præ-
lio Iſrahelitis in Philiſtęor̃ poteſtatẽ uenit, à qbus remiſſam uiri- 1. Reg.4
cariathiarim intulerunt in domum Aminadab in Gabaa. Interim Ibid.7
uero confirmato regno Dauid iterũ congregauit oñes electos ex 1. Para.13
Iſrael triginta mília, ſurgensq; cum illis abiit in Gabaa, ut adduce- 2. Reg.6
rent arcã dñi, quã quũ ſup plauſtrũ nouũ impoſuiſſent, efferẽtq;
magno cum gaudio & reuerẽtia illã de domo Aminadab, Dauid
& oĩs Iſrael ludebant corã dño in omnibus lignis fabrefactis, &
citharis, & liris, & tympanis, & ſiſtris, & cimbalis. Sic adducentes
arcam dei uſq; in domũ Obededom. In cuius ædibus dum tribus
eſt menſibus arca, bñdixit dñs Obededom, & omnẽ domũ eius.
Quod quũ accepiſſet rex Dauid, magno cum gaudio abiit, et erãt
cum eo ſeptẽ chori, quumq; portaret iam arca dñi, Dauid p̃cu-
tiebat in organis, & ſaltabat totis uiribus ante dominũ. Sic enim
rex dauid & omnis Iſrahel ducebant arcã teſtamenti in iubilo, &
in clangore buccinæ. Iãq; intrante arca domini in ciuitatẽ Dauid,
Michol filia Saul proſpiciens per feneſtrã, uidẽsq; regem Dauid
ſaltantẽ corã dño, primo deſpexit eum in corde ſuo, deinde rede-
untẽ domũ, uerbis etiã cõtumelioſis laceſſiuit. Quãobrẽ (ueluti te
xtus habet) Michol filiæ Saul nõ eſt natus filius uſq; in diẽ mortis
ſuæ. Nolim autẽ hic uos ignorare chariſſimi, quod hæc oĩa quæ
contigerũt patribus, figuræ contigerunt illis, ſcripta autẽ ſunt (ue-
luti ad Corinth. teſtificat Paulus) ppter admonitionẽ noſtri. Quę 1. Cor.10
quũ ita ſint, uidendũ etiã nobis cenſeo, quo hæc figura referenda
exiſtat, & q̃d nos illa admoneamur. Cogitãti aũt mihi, quo illã re
ferамus, nulla ſe aptior offert interpretatio q̃ eſt apud Ioannem, Ioan.6
ſummi illius magiſtri Chriſti expoſitio, q̃ de honorabili corporis
& ſanguinis ſacramẽto loquẽs, de manna etiã cœlitus dato pane

Hebr.9 nõnulla uerba facit qđ in aurea urnia deauratæ arcę (sup qua inuocatũ est nomen dñi exercituũ sedentis inter Cherubin) inclusum fuit, nihil aliud q̃ figura honorabilis illius sacramẽti altaris extitit, unde etiã Christus apud Ioannẽ de uero illo cœlesti pane dictus, figuræ illius, per quam erat præfiguratus, facit mentionem.

Age uero, cõsideremus porro quantũ diuinæ maiestatis, quantũq; miraculoꝝ iuxta hanc arcã dñi inueniat. Ita em̃ fore cõfido, ut inde cõlecturã faciẽtes, si in figura tanta miracula fuisse, tantãq; dei uirtutẽ apparuisse uideritis, adaucta fide eo firmius ueri corporis & sanguinis Christi sacramentũ crediturí, & digno in honore illud habituri sitis. Penes hãc itaq; arcã, & figurã illius sacramenti

Num.4 Num.4. legimus, nõ quẽlibet ad eã fuisse admissũ, sed delectos fuisse Leuitas, nimiruq; filios Caath, q̃ arcã dei portarẽt, Moses aũt, cũ

Num.10 eleuaret arca, dicebat, Surge dñe, & dissipent inimici tui, et fugiãt qui oderunt te à facie tua. Et cũ deponeret, aiebat, Reuertere dñe ad multitudinẽ exercitus Israel. Tanta em̃ cum honoris exhibitiõe arcã dñi Moses tractauit, ut nõ solũ delectis Leuitis illã ferendam tradiderit, sed eam uerbis conceptis reuerẽter eleuandã et deponendã suo declarauerit exẽplo. Hãc postea arcã sub Iosue sacer

Iosue.3 dotes portantes in medio fluẽtis Iordanis tenebant, & mox aquę inferiores defluxerunt in mare mortuũ. Superiores aũt, quę erãt descensurę, steterunt in loco uno, quo factũ est, ut omnis populus Israel per arentẽ Iordanis aluеum pertransierit. Hãc deinde arcã magno cũ gaudio portantes septies circuerunt ciuitatẽ Hiericho,

Ibidem.6 Et in septimo circuitu corruerũt muri Hiericho. Hanc porro arcã Philistęi uictis, & in fugã conuersis Israelitis intulerunt in tẽplũ

1.Reg.5 Dagon, eãq; iuxta Dagon statuerunt, at Dagon arcã domini nõ ferens, decidit de loco suo pronus in terrã. Hãc denicq; arcã quum

1.Para.13 Oza temere attingeret, à dño percussus iuxta arcã mortuus est. Hæc sunt fratres prissimi mirabilia dei opera, q̃bus per arcã fœderis diuinam suam uirtutẽ & potentiam declarauit deus. Iam uero

Hebr.9 arca, in qua manna reseruabatur, figura fuit cœlestis illius panis, quem nobis edendum Christus dominus in nouissima cœna dedit, cuiusq; institutionem hodierno die per totam fidelĩ ecclesiã

1.Cor.11 celebramus. De quo denique electum dei uas Paulus Corinthijs scribens

ſcribens expreſſis uerbis affirmat. Eum qui hoc indigne edat aut bibat, iudiciũ ſibi edere aut bibere, quod nõ diũdicet corpus dñi. Ad hęc cauſam infirmitatis & imbecillitatis eorũ aſſignans, ppter hoc, inquit, inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiũt multi. Nimirũ quia non debita cum reuerentia honorabile altaris ſacramentũ tractabant. Merito itaq; ſancta mater eccleſia hodierno die cantando & pſallendo, aliq; muſicis inſtrumentis, uerum illum panem qui de cœlo deſcẽdit honorat, paru curans blaſphemas hæreticorũ uoces, qui regem Dauid cum ſuo populo, quẽadmodum Michol contemnunt. Sunt em̃ iſti ſapiẽtes in oculis ſuis, & cum impio gobal in cordibus ſuis dicunt, nõ eſt deus. Impij Caipharnaitæ deũ adeſſe non credentes. Alioquin enim, ut eſt apud Malachiã, ipſi ueluti ſerui honorarent eũ. Iam uero ſunt quidam Ozitę, qui aiũt, Credimus & nos hic uere eſſe dñm Ieſum, ſed cũ adhuc in terris ageret honoris exhibitionẽ ſemp fugiebat, Quare his cæremonijs, tantaq; reuerentia eum in hoc ſacramẽto afficere non debemus. Audio qdẽ iſtos tales paſſim apud ſuos uoces ſpargere. Sed quõ per euangelicã hyſtoriã iſtę nugæ quæant comprobari, hoc nõ uideo. Siquidẽ multis ſancti euangelij teſtimonijs à ſaluberrima ſc; Chriſti natiuitate facientes initiũ per uniuerſam eius uitæ ſeriẽ contrariũ demonſtrabimus. Quãprimũ em̃ Chriſtus dñs in Bethleẽ natus erat, nõ unus duntaxat angelus apparuit, ſed magna multitudo militiæ cœleſtis, qui hymnũ concinebant dño. Tametſi uero Chriſtus in Bethleẽ ſit natus, tñ illic non modo paſtores excubantes excubias ea nocte ſup gregẽ, ſed et ſapiẽtes illi reges ab oriente Bethleẽ uſq; pfecti, Chriſtũ infantẽ uiſitarunt, pſtratiq; adorauerunt illũ. Munera deniq; apertis theſauris obtulerunt illi aurũ, thus, & myrrhã. Eamq; ob rem iam antea Hieroſolymis palam erãt percũctati, ubi nã eſſet ille q natus eſſet rex Iudęorũ. Ad hęc Hieroſolymis ſui aduẽtus cauſam nõ diſſimulanter aſſignantes dicunt, uidimus em̃ illius ſtellã in oriente, & acceſſimus ut adoremus eum. Porro cũ iã factus eſſet annorũ duodecim dñs, in medio doctorũ honorifice ſedit, illos audiens et interrogans, ut oẽs ſuper intelligentia & reſponſis eius ſtuperent. Aſſumptis autẽ, quemadmodum Matthęus ſcribit, aliquot diſcipulis

2.reg.6
1.Paral. 15
Eſa.5.
Pſal. 13
Malach.1
Luc.2
Lu.2
Math.2

pulis in monte Tabor coram illis est transfiguratus, uestimentis eius niue candidioribus factis. Deinde in domo Simonis non re-
Lu.7 pellit mulierē, quæ lachrymis pedes eius rigabat, capillisq; capitis sui tergebat, & ungebat ungento. Quinetiā cæcos & claudos ac-cedere & se adorare non prohibuit. Sic etiā qui in naui erant acce-
Mat.14 dentes adorarunt dñm Math.14. Sic undecim sui discipuli adorāt
Math. ult. eum in Galilæa. Sic denicq; cæcus ille à natiuitate Ioan.9. ipsū ado-
Ioan. 9 rauit. Alijq; præterea plures, ut Matthęus, Zacheus, qui q̄ potue-
Math.9 runt maximo honore ipsum affecerunt. Quinetiā angelos acce-
Luc.19 dentes sibi ministrare permisit, Math.4. Quam autem regio & ho-
Math.4 norifico opparatu Hierosolymā uenerit Math. 21. describit. Quū
Math.21 enim discipuli imponentes animalibus uestimenta sua, Iesum ue-rum æternūq; regē sup illa collocassent, plurima turba (ut expres-se habet textus) non modo ramos de arboribus, sed uestimēta q̄q; sua strauerunt in uia. Porro turbæ quæ pręcedebant & qui seque-bantur clamabant, Hosanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine dñi. Quid hic mihi obgannient miseri Ozitæ? Quid ob-strepēt? An nō illo magno & se digno honore dignissim⁹ ille rex seculorq; semet affici passus est? Nimirq; adeo non coercuit aut pro-hibuit pueros clamantes, ut principibus sacerdotū & scribis indi-gne id ferentibus etiā sacræ scripturę testimonio ora obturauerit.
Ibidem Illis enim indigne obijcientibus, audis quid isti dicunt? Mansue-tus ille & uere glorioſus rex respondit, Quid n.? Nunq̄ legistis, ex
Ioan.13 ore infantiū & lactentium perfeciſti laudem? Cęterq; nouissimam cœnā peracturus nō in humili aliquo tugurio, sed in magno pro-beq; exornato & strato cœnaculo cum suis discipulis comedit pa-scha; ibiq; peculiaribus cęremonijs ponit uestimenta ac denuo re-
Math.27 cipit, pręcingit se linteo, mittit aquam in peluim. Postremo mors
Mar.15. quoq; Christi suo honore non caruit. Præter enim hoc quod sol
Luc.23 obscurabatur, mouebat̄ terra, & omnia elementa compatiebant̄,
Ibidem mortuū etiam dñi corpus Ioseph diues ille ab Arimathia inuoluit sindone munda. Sicq; inuolutū cum aromatibus corpus dñi po-
Math.28 suit in sepulchro nouo. Nam & Ioseph mixturā mirrhæ & aloes
Mar.16. ad libras fermè centū secum attulerat. Post quam honorificā dñi
Luc.24 sepulturā etiā Marię ueniunt ut ungerent eum, uidentq; angelos
Ioan.20 albis

CROZER THEOLOGICAL SEMINARY

albis amictos glorioſæ reſurrectionis dominicæ teſtes. Iam uero ut honorifica Chriſti fuit ſepultura, & glorioſa eiꝰ reſurrectio, Sic etiam læta, & diuinis mirabilibꝰ pulchre exornata fuit eius aſcen Pſal. 46
ſio. Aſcendit em̃ ſecundum prophetiam dominus in iubilo & de-
core. Quę cũ ita ſint fratres, intelligitis, opinor, nõ errare eccleſiã,
quæ circa hoc uenerabile altaris ſacramentũ (in quo Chriſtũ præ- Ioan. 6
ſentem eſſe euangelica ueritate confirmati nõ ambigimus) Chri- Matth. 26
ſto domino & capiti ſuo quoſcũqꝫ poteſt etiã ampliſſimos hono- Luc. 22
res exhibet. Errant autẽ, & pernitioſe errant iſti Vualdenſes, qui Mar. 14
quo ſibi conſulant, & ſe magnificent, non iam proximis tantũ ho 1. Cor. 10.
norem, ſed etiã dño Ieſu inuident, impia muliere Michol & Iuda & 11.
traditore nihil meliores. Cum Michol em̃ honorem deo exhibẽ-
tem regem Dauid ludibrio habent, ſtultitiæ, ſcurrilitatis, & hypo
criſeos uetuſtioris fidei Chriſtianæ cultores damnant, dum corã
arca domini ſaltant, hoc eſt, Chriſto domino in honorabili altaris
ſacramento, debitum honorẽ exhibent. Mallẽt em̃ cum Iuda un-
gentum uẽdi, id eſt, omnẽ templorꝫ ornatum diſtrahi in pauperꝫ
gratiã, ſed ut optima quæqꝫ in eorꝫ priuatũ uſum cederent, q̃ cũ
Dauide deo ſeruire. Experientia ſiquidem docti uidetis iſtos ho-
mines omnem ſuarꝫ hæreſiũ gregem nõ alio ordinare, q̃ ut eradi-
cato omni pietatis fomento, confirmatiſqꝫ eorꝫ opinionibus uen
tri ſeruire, epulari, uxores ducere, & cum illis libere agitare conui-
uia tuto liceat. Quamobrẽ pijſſimi deſerite & fugite execrandas
iſtorꝫ hæreſes, & quum in hac materia de honorabili ſacramento
corporis & ſanguinis Chriſti nihil niſi Euangeliũ, ſanctumqꝫ dei
uerbũ, quod deus ipſe eſt, audiueritis, ideo uos oratos uolo, ut ue-
nerabili altaris ſacramento dignũ honorẽ exhibẽtes, reiectiſqꝫ hę
reticorꝫ ſomnijs, ueritatẽ credatis firmiter. denicqꝫ non q̃d cuiuſqꝫ
intellectus capere, aut oculi cernere ualeant, ſed quid ſuo uerbo æ-
terna ueritas pmiſerit diligenter expendite, quod quum feceritis,
poſt hãc interiturã uitã, cõſequimini æternã in cœlis, Amẽ.

APVD FRIBVRGVM BRISGAVDIAE,
ANNO M. D. XXIX.

IOANNES FABER EMMEVS IVLIA-
CENSIS EXCVDEBAT.



ROCHESTER
THEOLOGICAL
SEMINARY